BLASIUS G.

MED.

INSTIT.

1667








WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

GERARDI BLASII
Med. Doct. et Prof. Publ.

MEDICINÆ Inſtitutiones.



Amſtelædami,
Apud PETRUM vanden BERGE
Sub ſigno Montis Parnaſſi. 1667.

F. H. Van Houe ſculp: P. Ianſen pinxcit.

INSTITUTIONUM MEDICARUM COMPENDIUM,

DISPUTATIONIBUS XII
in Illuſtri Amſtel. Athenæo
publicè ventilatis,
abſolutum.

Authore & Præſide

GERARDO Leon. BLASIO.



AMSTELODAMI,

Apud PETRUM vanden BERGH,
in Foſſa Magnatum, ad inſigne Montis
Parnaſſi, Anno 166[illegible]

VIRIS

SPECTATISSIMIS,

D. HENRICO HEEMSKERCK, PHARMACOPOEO EXPERIENTISSIMO, COLLEGIO MEDICO (QUOD AMSTELODAMI) PRÆFECTO DIGNISSIMO.

D. JOANNI COMMELYN, MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM CULTORI PRÆSTANTISSIMO, ERGASTERIO FOEMINARUM EJUSDEM REIPUBL. AMSTELOD. PRÆFECTO FIDELISSIMO.

Amicis suis & Fautoribus sinceris

Institutiones hasce

L. Mq. inscribit

G. BLASIUS.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

Institutionum Medicarum præce-pta anno 1661. publico exhibui: mox, anno insequente 1665. Me-dicinam specialem addidi, quie causæ me impulerit, utrique ope-ri præfixa præfatio satis edocere poterit. Nun *quod illas prelo iterum commiserim, diligenti Juvenum quorundam Amstelodamensium:* MOESMANNI DOP, JOANNIS WITTE JOANNIS *Wilh.* DILLENBURG, & GYSBERTI HOOF TER OYE, *impri-mis debetur. Disputationibus aliquot eas pu-blicè examinare desiderabant. Desiderio huic quantum fieri potuit, satisfacturus Disputa-tionibus* XII. *quarum defensionem in se or-dine susceperunt, eas absolvere conatus fu: Placuit variis hîc observata methodus, a illâ quam in prædictis operibus secutus in mu-tis longè diversa, utpote Veterum Medicoru placitis magis insistens, commoda adeoqu primæ in arte Medica informationi habita consultum proinde visum minori aliquâ for-mâ, quo & Lectionibus publicis & Collegi privatis melius inservire possint, easdem ed-re. Ego officio meo hîc deesse nolens, præmis necessariâ quorundam correctione, quæ pe sitatis æqua judicii staterâ utriusque part rationibus minus benè proposita reperta, h qua vides formâ eas imprimi curavi. Labor opto speroque fructus. Vale.*

AD

PUBEM MEDICAM
SCAZON.

EXosa longas Scriptitantium ambages
STUDIOSA PUBES, cerne, quid fies, coram;
Brevitatque mox placebit ore Scriptisque
Medicè docentis Amstelæ Professoris.
HOMO, universo conditus soli fulcro
COMPENDIUM totius universi orbis
Mundique epitome est: respondet humanus
Homini orbis. est similis & orbis est idem.
COMPENDIUM quod fecit ille Phœbeæ
Præses catervæ, Temporis virescentis
Medicæque doctrinæ INSTITUTIO docta &
COMPENDIOSA. disputate non ultra
Solers Juventus. Lima tersa Scriptorum
Recentiorum, BLASIUS, Laborantem
(Dum vita brevis, ars longa) vindicat Phœbum.
Cernebat olim Jupiter coruscantem
In parvulo vitro aërem; satur vitri
COMPENDIO hoc Phœbum videbit in parvo.
Gratare Tibi divi Machaonis turba
Ob tale, tamque parvulum Medentûm Artis
COMPENDIUM, quod undequaque, cum nullo
DISPENDIO, *COMPENDIUM feret grande.

Meditando.

JOAN. Leon. BLASIUS, JCtus.

* *Compendii* verbo *lucrum* significari existimant dd. in *l. Duo Societatem.* 71. *§. duo.* 1. *ff. pro Socio. l. Et generaliter* 3. *ff. de Calumn. l. Julianus* 26. *ff. Si quis omiss. caus. Testam. l. Si quis.* 3. *§. Elegantis.* 30. *ff. de SC. Silan. l. cum virum.* 16. *Cod. de Fideicomm.* Quod verbum à veteris æris pensandi ritu derivant Fest. *lib.* 4. & Varr. *Ling. Lat. lib.* 4.

INDEX GENERALIS

Agitur

In Prolegomenis

In Physiologia

In Pathologiâ

D

In Semeiotica

In Hygieina

In Therapeutica.

De

FINIS.

AD INSTITUTIONES MEDICINÆ PROLEGOMENA.

MEDICINÆ veræ præcepta exhibituri Præcognita quædam, Nomen, Definitionem, Divisionem, quæque eo ſpectant, declarantia, præmittemus.

Deducitur vox illa non à *Modo*, nec à *Medio*, nec etiam à *Medicamentis*, ne alia adducamus, ſed potius à *Medendo*, actione nempe eâ, quâ medela affertur ægrotanti.

Definitur *Ars medendi humanæ valetudini. ſ. Sanitatem hominis conſervandi & reſtituendi.* Non ſatis adeoque naturam ejus inter plures alios explicant *Hippocrates*, *Herophilus*, *Galenus*; dum Iſte eam dicit eſſe *adjectionem deficientium, & detractionem redundantium.* Ille *Scientiam ſalubrium, inſalubrium & neutrorum.* Hic *Scientiam rerum naturalium, non-naturalium, & contra-naturalium.*

Artem eam eſſe, non *Scientiam*, Definitio utriuſque ſatis probat. *Utramque* eam ſimul conſtituere, habitus eſt confundere.

Objectum ejus *Corpus* eſt *Humanum*, ſanum morboſumvè, conſervandum aut reparandum.

Finis ultimus atque primarius *Sanitas* est, ad quam utpote obtinendam omnes actiones dirigit Medicus. Hanc quod non semper assequatur, non ita præceptorum infirmitati, aut inconstantiæ debetur, quam morbi contumaciæ, ægri inobedientiæ, vel infirmitati, adstantium erroribus, rerum necessariarum defectui, Medici ipsius inscitiæ & negligentiæ, similibusque Causis aliis.

Huic & Pulchritudinem, Robur, Agilitatem, Voluptatem, similiaque alia Corporis bona, jungere, non adeo inconveniens videtur.

Placet variis discrimen *Scopum* inter & *Finem* constituere, Illum nil nisi sanitatem pronunciantes, Hunc vero modò sanitatem, modò mortem, addo, modo morbi continuationem Hoc tollere conantur alii distinctione finis in eum qui est in intentione, & qui in executione.

Officium (aliis *finis internus*) est omnia agere, quæ ad finem conferunt. *Cognitione* hoc, *prænotione*, veraque *sanatione* absolvitur. Obtinetur verò *Inventione*, maxime autem *Communicatione*, præcipue ab Hominibus aliis factâ, sive Scriptis fiat, sivè, quod præstat, ore, realique manuductione.

Subjectum inhæsionis Medicus dici solet, habeturque *vir artis suæ peritus & potens*. Exulet itaque distributio *Medicinæ* in *Empyricam*, *Methodicam* & *Dogmaticam*, ipsorumvè Medicorum in *Empyricos*

cos, *Methodicos*, *Dogmaticos*. Horum quinam veri Medici haberi, aliisque adeò præferri debeant, facile est colligere, priores enim duo uno artis nostræ fulcro destituuntur, Illi np.ratione, Hi experientia, Ultimi vero utrique fundamento insistunt. Chymicis principiis insistere, medicamentaque arte Chymicâ parata usurpare, imò aliâ quâdam viâ Medicinam docere vel exercere, novam sectam non infert.

Varia quidem, eaque diversissima, ars medica proponit, at cùm omnia ordinatè connexa sint, eundemque ad finem tendant, hinc est quod *Unius* Artis rationem habeat.

Veritas ejus fundamentum agnoscit Rationem atque Experientiam. Hæc prout vera aut falsa fuerint etiam de veritate ac falsitate illius judicatur. Fulcrum tertium addere, Authoritatem scil., nihil est, dictis adversa ut rejicienda, ita insistens maximi facienda.

Bonitatem ipsi conciliat finis, qui Sanitas, hæc quam accepta utilisvè tam & Medicina. Et hæc præcipuè præbuisse videtur occasionem Hippocrati, Medicinam artium præclarissimam pronunciandi.

Perfectionem ab industria Medicorum exspectamus, necdum obtinemus. Nova indies sese exhibent, ante tradita emendantia, corrigentia, augentia, illustrantia. Et huic imperfectioni etiam tribuendum, quod conjecturas ab arte illâ medicâ quæ inter mortales datur removere non valeamus.

Ut propter Hominem introducta, ita & inter homines erit, quam diu illi erunt. Adsunt semper, aderuntque opere Medici, licet non sint professione.

Jucunditas ejus summa, sive res quas comprehendit varias consideremus, sive utilitatem ejus maximam.

Methodo rectissime Analytica traditur, Artibus conveniente.

Dividitur optimè in *Hygieinam* seu Medicinam Conservatoriam, & *Therapeuticam*, seu Curatoriam. Utraque iterum *Generalis* est & *Specialis*.

Generalis Hygieina & Therapeutica præcipua ex iis comprehendunt, quæ aliis nomine *Institutionum Medicarum*, *Speculi Medici*, *Artis Medicæ*, *Fundamentorum Medicinæ*, similibusvè, exhiberi solent.

Specialis Therapeutica, alias *Praxis Medica*, & *Medicina Practica*, dicta, singularum partium Morbos, quæque eo pertinent, speciatim proponit. Hygieina Specialis, earundem sanitatem in specie tradens, & conservans, sui excultores nondum invenit.

Institutiones Medicæ ferè in quinque partes summas, nonnunquam in tres duasvè distribuuntur,

Quinque qui constituunt, nomine *Physiologiæ*, *Pathologiæ*, *Semeioticæ*, *Hygieinæ*, & *Therapeuticæ*, eas exhibere solent Quid autem singulis tradi debeat, haud inter ipsos convenit. Placet sententia eorum qui I. exhiberi volunt

volunt Medicinæ *Objectum*. II. *Finem*. III. *Signa*, ad conſervandum, maximè verò ad curandum neceſſaria. IV. *Media Conſervatoria*, V. denique *Media Curatoria*.

Tres qui ponunt, duplicis maxime ordinis ſunt. Alii in *Prima* tradunt *Res Naturales* dictas, quas ſeptem enumerant, Elementa, Temperamenta, Humores, Spiritus, Partes, Facultates, & Functiones. In *Secunda Res Non-Naturales*, quas ſex recenſent, Aërem ſcil. Cibum & Potum, Motum & Quietem, Somnum & Vigilias, Excreta, & Retenta Animique Pathemata. In *Tertia* denique *Res præter* ſeu *Contra-Naturam*, quas tres faciunt, Morbum, Cauſas ejus, & Effectum, quod Symptoma appellant. Alii in *Prima* agunt de Subjecto ſeu Corpore humano, in *Secunda* de Fine ſeu Sanitate & ipſius oppoſito morbo, in *Tertia* de Mediis ad conſervationem & curationem neceſſàriis.

Duas ſufficere cenſent, qui *Cognitionem* & *Curationem* conſtituunt.

Alias diviſiones adducere neceſſarium minime, quin potius inutile, exhibent eas Medicorum ſcripta. Ex omnibus eam quam primo loco propoſuimus hic aſſumemus, ſuas licet difficultates agnoſcat, ne ſine gravi cauſa à recepta apud Medicos viâ diſcedere videamur, quod facere indecens omninò judicamus.

PHYSIOLOGIÆ

PARS I.

De Corporis humani Principiis.

CAPUT I.

De Partibus Solidis.

PHysiologiam itaque quod ſpectat, quam *Anthropologiam* multi dicunt: conſiderationis noſtræ hîc erunt Corporis humani *Principia*, *Adjuncta*, atque *Effecta*, in genere conſiderata, quæ enim partes ſingulas ſpectant Medicina ſpecialis exponet.

PRINCIPIA quod attinet, *Interna* hûc præcipuè faciunt. Externa enim ubi Effecta declarantur convenientius exhibentur.

Materia itaque *Generationis* Semen eſt, cum Sanguine materno, de quibus ſuo loco. *Compoſitionis* primò Elementa ſunt, de quibus Phyſici, hinc Partes ipſæ. Hæ quænam aſſumi debeant non convenit, quibuſdam enim id omne Corporis humani Pars eſt, quod totum complet atque integrat. Aliis id ſolum, quod toti cohæret, communique vitâ conjunctum, & ad illius functionem uſumvè comparatum. De nomine litem non moturi, nunc ſignificationem priorem ſequemur,

mur, eo quod accommodata magis rebus medicis videatur, quam quidem altera, licet vulgatior ſit magiſque uſitata.

Huc ergo celebris Corporis diviſio, qua Hipp.id conſtituere dicit *Continentia, Contenta*, & *Impetum facientia*, Galenus *Partes ſolidas, Humores Spiritus*. Omnium naturam indagare atque cognoſcere neceſſe, quod ut melius fiat, Solidæ primò examini noſtro ſubjiciendæ, utpote reliquarum fundamenta, hinc Humores, ſolidis minus conſiſtentes, & ferè fluxiles, ultimo Spiritus, corpora ſubtiliſſima, oculos quidem haud incurrentia, ad agendum tamen potentia.

Partium Solidarum conditionem atque naturam veram nobis exhibet *Anatomia*, *Ars* ſcil. *Corpora Animalium arteficioſe diſſecandi, ad partium omnium exactam, quanta haberi poteſt, cognitionem aſſequendam.* Exhibet exactius, ſimiliter ac Contentorum omnium, manus noſtras haud fugientium, *Chymia, Ars miſta naturalia in prima principia reſolvendi.* Animus non eſt hujus præcepta, utilitateſque huc facientes, hic exponere, cum Doctrina de Elementis ſ. principiis miſtorum, prolixa nimis ſit, majoriſque æſtimationis quam quæ paucis exhibeatur. Phyſicorum Chymicorumvè ſcripta ſatis ea proponunt. Sufficiat quas Anatome detexit partes declarare atque cognoſcere.

Varie hæ à variis diſtribuuntur. Huc diviſio Corporis humani, teſte *Galeno* in *Caput*,

Manus, *Thoracem* & *Crura*. Cum quâ fere coincidit ea *Aristotelis* in *Caput*, *Collum*, *Thoracem*, *Brachia* duo, & *Crura* totidem. Cui & affinis est ea *Galeni* in *Cerebrum*, *Medullam cervicalem*, *dorsalem*, *lumbalem*, *ipsosque Artus*.

Familiarissima, à *Galeno* introducta, Divisio in *Ventres* & *Artus*. *Illi* Corporis Cavitates insignes *Veslingio* dicuntur, & veluti regiones, intra quas natura partes habitudine atque actione diversas collocavit. Triplicisque ordinis habentur, Supremus scil. qui *Caput*, Medius, qui Thorax, & Infimus, qui *Abdomen* Synechdochice dicuntur. *Hi manuum pedumque* significatu comprehenduntur.

Non minus frequens traditâ distributio in *Similares* & *Dissimilares*, quarum *illæ* dicuntur, quæ ejusdem ubique sunt naturæ, adeoque simplices, *Hæ* quæ ex diversæ essentiæ simplicibus compositæ. Illarum plurimæ enumerantur, quarum tamen una simplicior alia, sic ut variæ earum rectius Compositis annumerandæ, nata hinc distinctio in similares exacte, & ad sensum. Præcipuæ sunt *Os*, *Cartilago*, *Membrana*, *Ligamentum*, *Tendo*, *Pili*, *Ungues*, *Cutis*, *Cuticula*, *Pinguedo*, *Caro*, *Vena*, *Arteria*, *Nervus*, & quæ omnium fundamentum *Fibra*. Simplicitatem harum majorem minoremvè Anatome detegit.

Similis huic altera in *Organicas* & *Inorganicas*, quarum illæ eædem nobis sunt quæ dissimi-

dissimilares, hæ quæ similares, eò quod dissimilares magis sint organicæ, quam similares, utpote magis compositæ, magisque perfectas actiones edentes.

Dissimilaribus præcipuè convenit distributio in *Principes*, s. *Nobiles*, *& Ministras*, s. *Ignobiles*. Eam admitti posse, imo deberi, conveniens, licet omnium partium sua sit necessitas atque utilitas, quales tamen principes magis dicendæ hæremus, Una si constituenda, Cor dicerem.

Spermaticas eas dicere, *Sanguineas*, & *Mixtas*, incerto fundamento nititur, ex semine si omnes rudimentum habeant, ex sanguine verò augmententur, illius respectu omnes erunt Spermaticæ, hujus Sanguineæ. Quod si tamen à temperiei, coloris, reunionisque diversitate, distinctionem petere placeat haud adeò contrariemur.

Distinctiones alias adducere superfluum. Quid differentiæ sit in Partibus respectu Qualitatum dum *Calidæ*, *Frigidæ*, *Humidæ*, *Siccæ Molles*, *Duræ*, *Læves*, *Asperæ*, *Raræ*, *Densæ*, *Tenues*, *Crassæ*, *Albæ*, *Rubicundæ* &c. respectu Quantitatis Figuræque, dum *Magnæ*, *Parvæ*, *Longæ*, *Breves*, *Singulares*, *Plures*, *Rectæ*, *Quadratæ*, &c. Respectu itidem Connexionis Situsque, dum *Conjunctæ* & *disjunctæ*, *Externæ*, *s. Continentes*, & *Internæ*, *s. Contentæ*, *Superiores*, *Mediæ*, *Inferiores*, *Anticæ*, *Posticæ*, *Laterales* &c. dicuntur, voces ipsæ declarant.

Partes has omnes particulatim cognoſcere cui volupe Anatomicorum adeat ſcripta. Breviter ſingularum declarationem generale hic exhibebimus, à ſimplicioribus ad compoſitas magis procedendo.

Inter SIMPLICES præcipuè ſe offerunt *Fibræ*, hinc quæ ex iis variè conſtruuntur nomine ſæpius ſolo diſtinctæ, *Membrana*, *Ligamentum*, *Cuticula*, *Tendo*, *Caro*, *Pinguedo*, *Os*, *Cartilago*, *Pilus*, *Unguis*, quæ quo ſingularis eſt *ſubſtantia Cerebri*, *Linguæ*, *Pulmonum*, *Penis*.

Fibra pars eſt ſolida, filamenta, in rectum, obliquum; vel tranſverſum extenſa referens, ad partium conſiſtentiam primam, ſæpe & motum, deſtinata. Pro diverſitate parti quam conſtituit, *Carnea*, *Membranoſa*, *Oſſea* &c. cognominatur.

Os pars eſt ſolida, terreſtris maximè, & oleoſa, ad aliorum firmitatem, rectitudinem motum, tutelamque faciens, auditui itidem ciborum comminutioni, loquelæ, apprehenſioni, defenſioni, &c. commoda. Nomina huic varia, pro diverſitate ſitus. Exponet hæc Oſteologia in ſeq, tradenda.

Cartilago, oſſi naturâ proximè accedit mollior, flexiliorque, ad partium aliarum unionem, & conſervationem, viarum apertionem, imo oſſium articulationem, conferens. Extremis adeoque oſſium adhæret, genera fere nomen retinens, ſive fiat unio eorum ſive articulatio, quandoque particulare aſſu

men-

mens, ut quæ Sterni eſt; vel per ſe ab oſſe ſeparata exiſtit, ſpeciale itidem adſumens, ut in *Auricula externa*, & *Trachea* ſpectamus.

Pili partes ſunt, filamentoſæ, terreſtres, oleoſæ, in corporis ſuperficie, naribus, atque auricula, ad excrementorum excluſionem, variarumque partium tutelam. Et his ſpecialia nomina pro ſitûs ratione tribuuntur, ſic qui in capite ſunt *Crines*, vel *Capilli* dicuntur, in palpebris *Cilia*, ſupra eas *Supercilia*, in labiis *Barba* & *Myſtax*, in naribus *Vibriſci*, ad pudenda *Pubes* ſeu *Pecten*.

Ungues partes ſunt mediæ ferè inter oſſa & cartilagines naturæ, digitorum extremis inductæ, ad robur melioremque operationem.

Pinguedo pars eſt, unctuoſa, ſulphurea, ad caloris in partibus conſervationem, atque augmentationem, vaſorum tutelam, commodiorem ſeſſionem, partium emollitionem, ſimileſque uſus.

Membrana pars eſt, ferè cartilagineæ naturæ, linteaminis inſtar partes alias inveſtiens, diſtinguens, connectens, roborans, defendens, imo varias maxima ex parte conſtituens. Ingens itaque hic occurrat diverſitas neceſſe, ſive nomen generale ſervetur, ſive inveſtiens alia, aut receptaculum efficiens ſpecialius *Tunica* vocetur, ſive ſpecialiſſime ſingularem denominationem adſumat. Quæ omnia convenientiſſimè in ſequentibus, ubi partium compoſitarum habetur conſideratio, proponentur, cum vix membrana reperiatur

periatur quæ non etiam partem ſimplicem aut plures in ſe contineat.

Ligamentum pars eſt, prout ad cartilaginis aut membranæ conſtitutionem accedit, ſiccior aut humidior, durior aut mollior, minus magiſque flexilis, colligandis partibus aliis, maxime oſſibus, deſtinata.

Tendo à Membranâ dictâ in eo ſolo differre videtur, quod in ſolis muſculis reperiatur, & pro hujus amplitudine diverſam obtineat extenſionem ſeparationemque, ad ſolam partium ſolidarum mobilium motionem ordinatus.

Cuticula univerſæ cutis integumentum eſt, ad externarum injuriarum declinationem, vaſorum cutaneorum occluſionem, & perfectiorem tactum.

Caro pars eſt ſolida, ſanguinea, conſiſtens mollis, ad id ut corpulentiam, roburque adferat, & ad motum partium ſolidarum mobilium conferat, ut *Muſculoſa*, vel etiam humorum ſegregationi, vaſorum tutelæ, ſimilibuſque uſibus, inſerviat, ut *Glanduloſa*, & *Parenchymatica*. Cujuſvis natura, atque exinde præcipue reſultans diverſitas, ex doctrina muſculorum, glandularum, atque parenchymatum, melius conſtabit.

De *Subſtantia Singulari*, ad nullam ex præmiſſis propriè referenda, in *Cerebro*, *Lingua*, *Pulmonibus*, *Pene virili*. & *Clytoride*, occurrente, in ſequentibus.

Partium COMPOSITARUM *magis* diſtincti

ſtinctio atque natura omnium optime ex ingredientium conditione deſumuntur; ſic ex membrana magis quam alia enarratarum minus compoſitarum partium conſtantes, membranaceæ omnes habentur, ex cartilagine magis, cartilaginoſæ &c.

Membranaceas quod ſpectat, Membrana Inveſtiens oſſa, *Perioſtium* dicitur; Cranium, *Pericranium*; Cerebrum cum ſpinali medulla, *Meninx* & *Mater*, *tunicaque Arachnoides*; totum Corpus, primò *Cutis*; quæ ſpeciale quandoque nomen accipit, dum Oculos tegens, *Palpebra* dicitur, glandem Penis *Præputium*, Teſtes *Scrotum*; mox ſub ea *Panniculus carnoſus*, in ſcroto ſpeciatim *Dartos* vocatus. Dividens Aurem, *Tympanum*, aut *Membrana Tympani*; Thoracem, *Mediaſtinum*. Circumſcribens eundem, parteſque varias eo contentas tegens, *Pleura*; idem efficiens in Ventre imo, *Peritonæum*. Continens Cor, *Pericardium*; Vaſa ſpermatica cum teſtibus, *Vagina*, ſeu *Tunica Vaginalis*, vel *Elythroides*; Renes, *Adipoſa membrana renum*; Fœtum in utero, *Membrana Amnios*, *Alantoides*, & *Chorion*. Detinens Inteſtina, *Meſenterium*. Tegens fovenſque eadem, *Omentum*. Connectens Oculum orbitæ, *Conjunctiva*, S. *Adnata*. Reliquæ generale nomen retinent, ut in faucibus, naribus, ſpinali medulla, &c.

Sic & conſtituens Cavitatem materiæ alicui fluxili, aut alias mobili, continendæ, aut

alio ducendæ, convenientem ; Vel *Vas*, vo-
catur, & ſpeciatim magis *Arteria*, quæ ſan-
guinem, cum ſpiritu vitali, à corde ad par-
tes defert, *Nervus*, quæ ſpiritum animalem
à cerebro ſpinalique medullâ, *Vena*, quæ
ſanguinem à partibus ad cor reducit, aut
chylum ab inteſtinis ad receptaculum de-
fert, *Lactea* alias dicta,

Vel *Ductus*, à materia contenta aut ſitu
cognomen adſumens, tales ſunt *Seroſi*, *Aquo-
ſi*, *Lymphatici*, lympham vehentes, *Chylifer-*
chylum ad cor ducentes, *Seminales*, ſeme
conſervantes, ac emittentes, *Salivales*, ſal-
vam in os eructantes, *Cholydochi*, *S. Bilari*
bilem ab hepate & veſica fellis ad inteſtina
Pancreatici, humorem acidum à pancreat
ad eadem, *Urinarii* & abſolutè *Ureteres*, u-
rinam à renibus ad veſicam, deferentes ; tal
etiam *Urethra* urinæ, ſeminiſve excretion
ordinata via.

Vel *Receptaculum*, pro varietate uſus, &c
variis nominibus inſignitum. Talia ſun
Ocularis Bulbus, inſtrumentum viſionis
Ventriculus, olla chylificationis ; *Gula* ſ. *œſo-
phagus*, via deglutiendorum ; *Inteſtina*, rece-
ptaculum fæcum alvinarum, chylique ſepa-
ratorium ; *Veſica fellea*, receptaculum bilis
Veſica urinaria, urinæ ; *Veſicæ ſeminales* ſemi-
nis ; *Saccus Lacteus*, chyli ; *Uterus*, ſeminis
ſanguiniſque menſtrui, nec non ipſius fœtûs

Cartilagineis partibus præcipuè annume-
rari poſſunt *Aſpera Arteria* ſeu *Trachea*
fiſtula

fistula respiratoria; *Auricula* organon auditus externum, & *Nares extremæ* organum simile odoratus respirationisque.

Glandulosarum ingens datur copia, plurimis speciali nomine insignitis. Ita ad cerebri ventriculum tertium occurrens, valvulæ munus, si non quid nobilius, exercens, *Conarion* seu *glandula Pinealis* vocatur; in sellâ turcicâ pituitam colligens *glandula Pituitaria*; ad oculi angulum internum, serositates separans, *Caruncula Lachrymalis*; circa dentes, eosdem firmans atque defendens, *Gingiva*; circa os, ad interiorum custodiam, sermonem, deglutitionem, salivæ exspuitionem, apprehensionem, similesque usus, *Labium*; ad extremitates palati, aerem ingredientem corrigens, sonum promovens, adsumptorumque in nares adscensum inhibens, *Uvula*, *Columella*, *Gargareon*; circa fauces, œsophagum humectando deglutitionem facilitans, *Tonsilla* aut *Amygdala*; ad aures externas, superfluitates recipiens, auresque fovens, *Parotis*; in pectore, Lactis generationi dicata, *Mamma*; ad jugulum, vasa fulcire atque à compressione defendere, forsan & serum segregare, apta, *Thymus*; sub ventriculo humorem mercurialem, à liene receptum, intestinis exhibens, *Pancreas*: circa renes, *Glandula renalis*, *Capsula atrabiliaria*, aut *Ren succenturiatus*; ad radicem penis, semen conservans elaboransque *Prostata*.

Ita dantur *Maxillares*, cum quibus conveniunt

niunt *Sublinguales*, *Buccalesque*, *Palati*, *Jugulares*, *Thyroidœa*, *Oesophagœa*, *Axillares*, *Inguinales*, *Mesaraica*, &c. ad maxill... sub lingua, in buccis, palatoque, ad vena... jugularem, cartilaginem thyroidœam, œso... phagum, axillas, inguina, in mesenter... &c, collocatæ, seri receptioni, segregatio... &, ubi necesse, evacuationi, vasorum t... telæ, similibusque usibus, inservientes. Su... & plurimæ *vaga*. *Testes* quoque huc cu... *Epidydymidibus* seminis officinæ, quin & c... torida tegentes atque effluxum urinæ mod... rantes *Nympha*, nec non *Caruncula Myrt...formes* pudenda muliebria præcipue cons... tuentes, interiora defendentes, referuntur...

Musculosa pars vel *Musculus* est absol... dictus, motus partis solidæ præcipuum i... strumentum, vel *Cor* ipsum, sanguinis spi... tusque vitalis primaria officina.

In Musculis mira notatur varietas, à figu... situ, usu, aliisque accidentibus, appellatio... diversitatem adsumentibus, quæ omnia lo... suo exponemus.

Parenchymatica partes vix haberi possu... aliæ!, quam *Hepar* separatorium bilis, & lym... phæ. *Lien*, spiritus acidi ; *Renes*, urinæ ; *Placenta uterina* s. *Epar uterinum*, recept... culum sanguinis, & nutrimenti fætus in ut... ro hærentis.

Singulari substantia præcipuè adscribi ... ximus, *Cerebrum* officinam Spiritus animal... sensus motusq; primum organon ; *Linguam*...

instr...

instrumentum primarium loquelæ, gustusque, *Pulmonem* respirationis; *Penem* emissarium seminis atque urinæ; & *Clytoridem* veneris incitamentum.

CAPUT II.

De Humoribus.

HUMORES, partium nomine suo modo digni, varii sunt.

Præcipuus omnium *Sanguis*, liquor rubicundus, venis & arteriis præcipuè contentus, nutrimentum partium solidarum, spirituumque materia proxima.

Hic ex *Chylo* oritur, qui vel pultaceum ex assumptis in ventriculo & intestinis productum, vel potius liquorem lacteum ex priori per secretionem genitum, vasis lacteis contentum, denotat.

In solidam dum mutatur partem alterationes varias sustinet, sicque varia nomina, *Roris* maximè & *Glutinis*, prout per partem dispergitur, aut viscositatem contrahit, adsumit. *Humores Secundarii* veteribus dicuntur, quibus duos alios, *Demensum* nempe seu *humorem Innominatum*, & *Cambium*, addere placuit, quorum prior sanguinem denotat in vasis capillaribus contentum, & quasi à naturâ certæ parti assignatum, posterior eundem jam in partem mutatum.

Accedunt his, usu nobiles, semini, sanguinivè

nivè originem præbentes : *Lympha*, vehi-lum aquosum chyli & sanguinis, parti refrigerium, si non variarum nutrimentu vasis propriis contentum.

Saliva, serum sanguinis ex oris gland prodiens, fuliginibus cordis atque ventric variè alteratum, masticationi, loquelæ, glutitioni, chylificationi &c. inserviens.

Bilis, sanguinis pars sulphurea, sero s mixta, vesicâ propriâ, hepati adnatâ, colle ad intestina pro Chyli secretione, homerc que eductione, ableganda.

Succus Pancreaticus, humor serosus, m curialis, ad chyli in intestinis separationem pancreate in duodenum deferendus.

Medulla Ossium, liquor pinguis, ex ser ne, hinc & sanguine convenienti, product ossium cavitatibus, ad irrigationem neces riam contentus.

Mucus Articulorum, humor pituitos in articulis ad meliorem motum jam à pri formatione collectus.

Mucus Tracheæ, *Ventriculi*, *Intestinoru Vesicæ utriusque*, *omniumque Membran rum*, humor similis, à sanguine aut chy secretus, ad meliorem vocem, respirati nemque, à rebus noxiis defensionem, sæ solam emollitionem, iis intus adhærens

Aqua Pericardii, lympha sanguinis, cordis humectationem, melioremque m tum, in pericardio collecta.

Humorem Mercurialem & Serum non n

ipso sanguine quærimus, cujus partes mponentes sunt, ita à Medicis vocatæ, quias & aliis eum constituentibus partibus sinlaria nomina imponere licet & libuit.

Humor Oculorum Cristallinus ut solidis rtibus haud inconvenienter adscribitur, ita *queus* & *Vitreus* humoralibus ipsis.

Adnumerari & alii varii prædictis solent, se quandiu in corpore detinentur utilitatis hil, aut valdè parum, eidem adferentes, eoquè ex eo semper, ad humoris nutritii irituumvè depurationem, aliosque extra orpus usus, excerni desiderantes, aut jam tu excreti. Ast hos rectius Excrementis rporis humani, quam ejus partibus accenri censemus. De his itaque in sequentibus.

CAPUT III.

De Spiritibus.

SPIRITUS primariæ considerationis tres sunt, unus insitus, duo influentes.

Insitus, qui & *Calidum innatum* dicitur, ubstantia est ignea, ex seminis spiritu, partius solidis tributa, spiritu influente conseranda, præcipuum animæ in operationibus nstrumentum.

Influens autem est, qui ex speciali loco ad artes alias fertur. Estque Vitalis & Animas. Quorum *Ille* è corde per arterias ad pares ducitur ad Insiti spiritûs conservationem.

Hic

Hic ex cerebro & ſpinali medulla per ne...
ad partes ſenſui & motui inſervientes.

Spiritum *Mercurialem*, quem humor...
tulo deſcripſimus, quam ſtatuere conveni...
tam *Genitalem* à vitali diſtinguere incon...
niens. De *Naturali*, utpotè non exiſtente...
addimus.

CAPUT IV.

De Formâ Corporis humani.

VIdimus ſic Corporis humani Materi...
FORMA Anima eſt, de quâ ex prof...
Phyſicus cùm agat, nos hîc de ea agere ſu...
ſedebimus.

PARS II.

De Adjunctis Corporis human...

SIcut per principia recenſita homo c...
ſtituitur, ita eidem varia *Adjuncta* p...
pter eadem competunt, non omnia at...
gemus, ſed ea tantum, quæ notabile aliq...
inferunt.

NUMERO Unus eſt homo, licet in ...
xum Maſculinum & *Muliebrem* diſtribuatu...

MAGNITUDO determinari nequit, ...
rietas locorum, familiarum, &c. hîc mult...
valet. Gigantes & Pygmæos monſtris an...
merare liceat, cui lubet.

QUALITATES Homini quales in ge...
re competant, definiri itidèm nequit, ſua c...

C...

Temperies, ſua *Craſſities*, *Tenuitas*, *Rari-* *Denſitas*, *Mollities*, *Durities*, ſuus *Color*, *or*, &c. quæ diverſitas modò Sexui tribui-, modò Ætati, modò Regioni, Vitæ generi ilibuſvè circumſtantiis. Huc quæ de Ha-a Corporis, Vitæque genere, tradi ſolent, quibus ubi de Cauſis Sanitatis Moborum-agemus.

FIGURA homini propria eſt, quam ta-n aliqui ad circularem revocant.

LOCUS homini aſſignata eſt Terra, alibi m non commodè degit.

TEMPUS in homine *Ætates* infert, quæ ariis variè diſtinguuntur, & nil ſunt, quam tium vitæ, in quo notabilis quædam in a-onibus mutatio obtingit; ſufficere videntur *ma*, ſ. *Increſcens*, *Medias*, ſ. *Conſiſtens*, & *Ul-a* ſ. *Decreſcens*, vel *Juvenilis*, *Virilis*, *Seni-* Poteſt tamen iſta in *Pueritiam*, *Juventu-*, & *Adoleſcentiam*. Hæc in *vegetam* atque *repitam Senectutem* diſtribui. Duratio aliàs mini varia, rarum annum 70 ſuperare.

PARS III.

De Effectis Hominis.

CAPUT I.

De Actionibus.

EFFECTA Hominis triplicis præcipuè conditionis ſunt, *Actiones* nempè, quæ-que ab iis ſuo modo dependent *Partes*

corporis

corporis omnis generis, & *Excrementa* i
De *Partibus* ipsis in genere egimus.

Actiones, *Operationes* aliàs, *Functione*
dictæ, triplicis ordinis communiter hab
tur, *Vegetativæ* scil. aliis dictæ Natura
aut Vitales, *Sensitivæ*, & *Rationales*.

Vegetativæ sunt Nutritio, Auctio & G
neratio, *Sensitivæ* Sensio, Appetitus, & M
tus localis, *Rationales* Intellectio & Voli

Unicuique harum ut *Principi* aliæ fan
lantur *Ministræ*, sive determinatæ fuer
sive omnibus communes.

Breviter quid sint hic docebimus, quæ
ciatim circa eas consideranda, in speciali
exhibituri. Initium sumemus à Principil

Nutritio, quæ & *Alitio* atque *Alitura*
citur, conservatio est partium solidarum
poris humani ope alimentorum potulen
rumvè in eodem statu, adeoque ejus q
in iis calore deperditum est reparatio.

Auctio seu *Augmentatio* & *Accretio*,
rundem partium est in omnem dimen
nem extensio, ferè ut magnitudinem ec
dis operationibus magis convenientem
sequantur.

Generatio seu *procreatio* hominis hîc e
aptâ materiâ & anima rationali, in utero M
lieris productio.

Sensio duplex est, Externa sc. quæ quin
plex, *Visio* qua colores, *Auditio* qua soni,
factio qua odores, *Gustatio* qua sapores,
ctio qua qualitates tactiles, appropriato

or

ganorum ope percipiuntur; & Interna, quæ a licet sit Physicis tamen quadruplex con-uitur, *Apprehensio*, qua externa sensibilia er se distinguimus, *Imaginatio* quâ eadem rie conjungimus, & distribuimus, *Æstima-* qua eorundem bonitatem consideramus, *emoratio* qua cognita conservamus, eorun-mque recordamur.

Appetitio actio est qua bonum concedi, alum auferri, desiderat homo. In nutritio- hæc manifesta valdè, ubi una est Materiæ trientis, quæ *Fames*, altera vehiculi ejus, æ *Sitis* vocatur.

In appetitione fundantur *Affectus*, *animi themata* aliis dicti, perturbatio np. san-inis cum spiritu. Horum præcipui sunt *etitia* seu *Gaudium*, cum homo quiescit in no accepto, sæpius antea desiderato, eoque uitur. *Tristitia*, cum contra affligitur malo æsenti. *Spes* cum difficultatem superari sse, adeoque bonum adhuc absens acquiri, *esperatio* cum eam superari non posse, ad-que nec bonum acquiri, sibi persuadet. *etus* cum malum absens aut imminens vi-tur insuperabile. *Audacia* cum superabi- *Ira* cum ob mali præsentis gravitatem nturbatur. Subiti atque vehementes quod fuerint, *Risum*, *Trepidationem*, *Fletum*, si-ilesque partium motus, sæpè indebitos, co-ites habent.

Motio corporis est totius, aut ejus partium, e loco in locum translatio. Estque *Natura-lis*,

lis, quæ etiam nobis non advertentibus p... ficitur, & *Animalis*, quæ ab arbitrio nost... varie dependet.

Quoad partes corporis solidas, quibus ... cellenter tribuitur Motus, omnis qui à m... sculo, spirituque influente dependet, licet ... spectu membri sit vel *Eductio è situ*, vel *I...ductio in situm*, variis tamen modis se man... festat, quorum præcipui sunt: *Flexio* quæ ... ad angulum, *Extensio* quæ ad rectam linea... *Adductio* quæ, habita ratione situs mem... toti cum corpore toto, fit introrsum, *Abduc...* quæ extrorsum, *Levatio* quæ sursum, *D...pressio* quæ deorsum, *Rotatio* quæ in orbe... *Constrictio* qua angustatur receptaculum, *D...latatio* qua amplius idem efficitur.

Motiones dictæ cum non exercentur *qu...scere* partes dicuntur, quod manifestum in *I...tentione*, seu *Motu tonico* qua firmatur me... brum tali in situ, medio inter contractum ... laxatum, ut videatur quiescere; *Statione*, c... pedibus quiescimus; *Sessione*, qua me... corpore; *Decubitu*, cum toto in planum c... pore, sive in latus alterutrum, sive in dors... prostrato.

Motus licet in plurimis partibus sese ost... dat, humoribus æque & spiritibus quam ... lidis, uti particularia declarabunt, nullibi ... men excellentius se videtur prodere, qu... in *Risu* & *Loquela*. *Ille* actio est, quâ va... partium, faciem præcipuè constituenti... motione lætitiam declaramus nostram. *E...*

qua voca articulata, ex ſono in larynge & ore formatâ, ac ex inſtituto ſignificabili, animi noſtri cogitata manifeſtamus.

Functiones ſenſitivæ quando exercentur, *Vigilare* dicimur, at ubi non ita, *Somno* detineri. Hinc adeo *Vigiliæ* liberum denotant ſenſionum, appetitionis, motuſque animalis, exercitium, *Somnus* idem inhibitum. Si quando in ſomno ſolæ exteriores ſenſiones quieſcunt, aut ſaltem una alterave earum imperfecte exercentur, internæ non item, *Inſomnium* oritur.

Intellectio, quæ *Ratiocinatio* dicitur, aliis intellectus, eſt inveſtigatio ignoti ex notis. Hic, vel objecta varia coagitantur, & *Cogitatio*, vel de iis inſtituitur affirmatio & negatio, & *Judicium*, vel unum ex alio colligitur, & *Illatio* ſeu *Diſcurſus* appellatur, quod ſi cogitatio cum cura fiat *Meditatio* dicitur.

Volitio, quæ & *appetitio rationalis* dicitur, actio eſt, quâ ſecundum intellectum conveniens nobis bonum appetimus, malum inconveniens rejicimus.

Sed hæc ulterius proſequi non eſt noſtri inſtituti, ſatis ea tractarunt Phyſici.

Actiones Miniſtrantes plurimæ occurrunt, præcipuæ earum ſunt Præparatio alimenti in ore ſ. *Maſticatio*. Deductio ejuſdem aliorumque ore contentorum in ventriculum, ſ. *Deglutitio*. Elaboratio Chyli, ſ. *Chyloſis* aut *Chylificatio*. Ejus ab homerdâ Separatio, & ad partes ſanguificatorias diſtributio.

Elaboratio ſanguinis, ſ. *Haimatoſis* aut *Sanguificatio.* Motus ejus à corde ad partes à partibus ad Cor, ſ. *Circulatio.* Ejuſdem in partem ſolidam mutatio, ſ. *Aſſimilatio*, aut *Nutritio vera.*

Inſpiratio per os & nares aëris frigidioris & exſpiratio ejuſdem calidioris cum fuliginibus, ſ. *Reſpiratio.* Ingreſſus aëris ſimilis per poros cutis, & egreſſus fuliginum è corpore per eoſdem, ſ. *Tranſpiratio.*

Collectio & diſtributio lymphæ, bilis, humoris mercurialis, ſucci pancreatici, homerdæ, pituitæ, ſalivæ.

Collectio muci in inteſtinis, trachoeâ, articulis, aliiſque locis. Ceruminis in aure.

Excretio lachrymarum, ſ. *Lachrymatio* ſudoris, ſ. *Sudatio*; urinæ, ſ. *Urinatio*; menſium, ſ. *Menſtruatio*, primitiarum, lochiorum

Elaboratio ſeminis, ſ. *Sementatio.* Ejus in uterum deductio, ſ. *Seminatio.* Ejuſdem prima in utero receptio & ebullitio, ſ. *Conceptio*

Hominis in utero conformatio, ſ. *Pregnatio*. Ejus ex utero excluſio, ſ. *Partio*, ſ. *Partus*

Lactis generatio. Ejuſdem infanti exhibitio, ſ. *Lactatio.*

Huc &, quæ in quamplurimis ſeſe manifeſtant, *Pulſio* quâ ope fibrarum ſeſe conſtringentium materia contenta de loco in locum promovetur; & *Tractio* quâ partes Solidæ variæ humores alliciunt ſuctione aut ſimili modo.

CA

CAPUT II.

De Excrementis.

EXcrementa in Corpore noſtro varia ſunt, ſummæ ſæpius utilitatis, horum præcipua

Semen, liquor albus ex ſanguine & ſpiritu vitali in teſtibus quam maximè genitus, in uterum ad generationem deferendus.

Lac, liquor albus, ex ſanguine chyloſo ſpirituoſo in mammis productus, infanti ad nutritionem auctionemve exhibendus.

Pituita, Sanguinis excrementum ſeroſum melancholicum, in partibus frigidioribus, ventriculo maximè & capite, collectum, viscoſius redditum.

Homerda, excrementum alvinum, in inteſtinis, craſſioribus maxime, ex iis quæ à ventriculo, pancreate, veſica fellea, totoque corpore, adferuntur, congregatum.

Urina, excrementum ſeroſum, forſan & chyloſum, veſica propria collectum.

Cerumen, excrementum ſanguinis bilioſum ſero pituitoſo perfuſum, in auriculæ meatu hærens.

Fuligines, excrementum ejuſdem, partiumque ſolidarum, nec non eorum quæ ventriculo continentur, ſolidiore formâ per os ac corporis habitum evaporans.

Sudor, excrementum ſeroſum per corporis habitum itidem effluens.

Lachrymæ, excrementum ſimile, ex oculi glandulis emanans.

Menſtruum, ſ. *Menſes*, & *Sanguis Menſtruus*, ſanguis muliebris, ſtatis temporibus per uterum, niſi gravida fuerit mulier, evacuandus.

Lochia, ſanguis idem, tempore graviditatis in corpore detentus, in puerperio effluens.

Primitiæ ſ. *aqua puerperii*, liquor aquoſus, graviditatis tempore circa fœtum collectus, dum inſtante partu effluit vias lubricans.

Humores in *Alimentarios* & *Excrementitios* qui diſtinguunt, à Sanguine diverſos p.18. exhibitos, hûc transferunt, quod, ſervatâ partium diviſione debita, admitti poteſt.

PATHOLOGIÆ

PARS I.

De Sanitate.

CAPUT I.

De Naturâ ejus.

PHyſiologiam preſſo pede ſequitur PATHOLOGIA, conſiderat hæc Medicinæ Finem, Sanitatem ſcil. ejusque oppoſitum Morbum, utpotè ferè ut illa obtineatur auferendum. Sanitas hæc, æquè ac Morbus ipſe, varia ſummopere conſideranda exhibet, quorum præcipua nobis ſunt 1. In quo conſiſtat *Eſſentia*, adeoque qui denotent. 2. Quale *Subjectum* agnoſcant. 3. Qu

3. Quas *Differentias*. 4. Quas *Causas*. 5. Denique quæ *Effecta* producant. Primò ea in Sanitate ſpectabimus, hinc in Morbo.

Sanitas itaque *diſpoſitionem* deſignat *partium ſolidarum humani Corporis bonam, ad actiones rite perficiendas aptam.* Diſpoſitio hæc in *Subſtantia* requiſita *Qualitates* ſpectat omnis ordinis, manifeſtas atque occultas, *Quantitatem*, *Figuram*, *Locum*, *Unionem*, convenienter ſe habentia.

CAPUT II.

De Subjecto Sanitatis.

S*Ubjectum* Sanitatis Corporis humani partes Solidas habemus, eo quod & aliarum fundamentum ſint, & actionum ſenſibilia magis aliis organa.

CAPUT III.

De Differentiis Sanitatis.

D*Ifferentiæ* ejus duplices ſunt, *Eſſentiales*, quæ ipſam eſſentiam conſtituunt, & *Accidentales*, quæ eam inſequuntur.

Eſſentiales quod ſpectat, tot Sanitatis Species ſunt, quot partium dictarum diſpoſitiones bonæ. Hæ quoad *Qualitates* manifeſtas Caliditas ſunt, Frigiditas, Humiditas, Siccitas, Craſſities, Tenuitas, Soliditas, Raritas, Durities, Mollities, Friabilitas, Flexilitas, Tenſitas, Laxitas, Rigiditas, Flacciditas, Aſperitas, Levitas, Gravitas, Lævitas, Colores, Odores,

Sapores, rarius Soni, quoad *Occultas* vis Alexipharmaca; quoad *Quantitatem* Magnitudo & Numerus; quoad *Locum* denique Situs, & Nexus. Quibus accedit *Unio*.

Has vel *ad Temperiem* & *Conformationem* vel ad Sanitatem *Similarem*, *Organicam*, atq; *Communem*, reducere cuivis permittimus.

Accidentales differentiæ vix hîc merentur considerari, sunt autem maxime sanitati *firmitas* vel *infirmitas*, *universalitas* vel *particularitas*, *excellentia* vel *simplicitas*, quod enim alia *calidi*, *frigidi*, *pueri*, *senis* &c. *viri* *mulieris*, &c. *gravidæ*, *lactantis*, *studiosi*, *bajuli*, &c. per se constat & ex differentiis morborum melius patebit.

CAPUT IV.

De Causis Sanitatis.

CAUSÆ hic duplices occurrunt, *Insitæ* & *Adventitiæ*. Illæ *generationis nostræ* *Principia* sunt, benè constituta. Hæ quæcunque iis superaccedunt, & vel *ante Partum* obtinent, vel *in partu*, vel *post partum*.

Istius ordinis maximè *Uterus* & *Primitiæ*. Illius *manus* insuper *obstetricis*. Hujus quæ sunt Evidentes reperiuntur & Latentes.

Evidentes habentur *Res non-naturales*, *Aër* scil. *Cibus & potus*, *Somnus & Vigiliæ*, *Motus & Quies*, *Excreta* & *Retenta*, *Animique pathemata*, Quibus addi possunt *Vestimenta* &

Medica-

Medicamenta. Et harum rerum debitum regimen *Diata*, & quidem *bona*, Medicis nostris dicitur.

Aër, Elementum eſt moderatè calidum & humidum, quod per os & nares, arteriaſque & venas, ad ſanguinis aliorumque humorum, nec non ipſorum ſpirituum, ventilationem corpus ingreditur.

Cibus & *Potus* id omne denotant, quidquid ad famis ſitiſvè ſublationem, hinc & partium Corporis conſervationem auctionemvè, aſſumimus.

Vigiliarum & *Somni*, *Motus* & *Quietis*, *Animique pathematum* deſcriptio, ubi de actionibus exhibetur, totius corporis aut præcipuorum membrorum motus, & maxime voluntarius, hic præcipue intelligitur.

Excreta nobis hic denotant excreta excernenda, *Retenta* retenta retinenda.

Veſtimenta integumenta ſunt externa corporis. Hûc & reducimus *domum*.

Medicamenta hic deſignant quæ quod eſt noxæ in corpore humano auferunt, ne Morbi exoriantur, ſive Medicamenta fuerint propriè dicta, ſive inſtrumenta Chirurgica. Præcipue hic locum habent *Balnea* ſ. lavamenta corporis, generalia & particularia, naturalia & arteficialia; *Odores* variæ conditionis; & *Evacuantia* omnis generis, purgantia tam univerſalia quam particularia, ſudorifera, aliaq;.

Hæc omnia quod ſi legitime ſe habuerint, pro ſui conditione, in *quantitate*, *qualitati-*

bus, modo, loco & *tempore usurpandi*, sæpè & *Substantiâ* ipsâ, nil nisi sanitas inde exspectanda. Hoc quando obtineat, *Hygieina* exhibebit.

Addunt alii Causis dictis *Sexum, Ætatem Habitum corporis, Vitæ genus*, & *Consuetudinem*, quæ omnia licet commodè adducti.. Titulis comprehendi queant, cùm nil nisi partium corporis conditionem variam, maximè quæ à Qualitatibus, primis præcipuè secundisvè, Motu, & Quiete, variorumque Externorum in corpus deductione dependet, denotent, quia tamen specialior eorum consideratio ad diversorum in arte nostrâ, & maximè in praxi, occurrentium, cognitionem meliorem conferre observatur, specia.. tim ea annotabimus.

Sexus & *Ætas* quid denotent, quâve ratione distinguantur, supra dictum.

Habitus hoc loco Artus Ventresque Corporis constituentium partium *Temperiem Crassitiem, Duritiem, Densitatem*, imprimi respicit.

Vitæ genus statum hominis denotat, qu varius valdè, ob varietatem *Loci, Victûs rationis, Convictus, Laboris tam animi quam corporis*. Status mulieribus specialis, sexu huic proprius, commodius sub consideratione sexus venit.

Consuetudo habitus est vitæ ad conservationem necessaria usurpando acquisitus, unde antea molesta amica fiunt.

Latent

Latentes ſanitatis *Cauſæ* Corporis *Partes* omnes ſunt, humores maxime & ſpiritus, quoad quantitatem, aliaſque diſpoſitiones adductas, naturaliter ſe habentes, de his quædam adduximus, plura ſuo loco adducemus.

CAPUT V.

De Effectis Sanitatis.

EFFECTA ſanitatis varia admodum, habito reſpectu ſymptomatum Morbificorum triplicis conditionis præcipue haberi poſſunt, *Actiones* np. *bonæ, Retenta atque Excreta benè ſe habentia*, & *Qualitates coporis naturales.*

Actiones ritè fieri tum maximè cenſentur, cum debito *Modo Temporeque* fiunt.

Retentorum Excretorumque Conſtitutio legitima *Subſtantiam* quammaximè reſpicit, *Quantitatem, Qualitateſvè.*

Qualitates Corporis naturales Colores, Odores, ſimiliaque ſenſibus externis occurrentia, ritè ſe habentia, complectuntur, ut ex ſpecialibus, & iis quæ de Symptomatibus in ſequentibus dicentur, plenius conſtabit.

PARS II.

De Morbo.

CAPUT I.

De Natura Morbi.

COgnitâ Naturâ Sanitatis quæque eo faciunt, difficile haud erit quæ de *Morbo* in genere dici possunt & debent cognoscere.

Dispositionem proprie designat partium solidarum Corporis humani pravam, immediate atque sensibiliter actiones lædentem.

Pravam Dispositionem partis dicimus præternaturalem ejus constitutionem in uno aut altero eorum, quæ ad sanitatem requiri diximus, *Substantiâ* np. *Qualitatibus* omnis generis, *Quantitate* utraque, *Figurâ*, *Loco*, veraque *Unitate*, hoc solo notato, quædam dictorum magis in hâc, minus in alia corporis parte, obtinere, ut ex differentiis patebit.

CAPUT II.

De Subjecto Morbi.

S*Ubjectum* Morbi idem quod Sanitatis, *partes* nempè *Corporis humani Solidæ.*

CA-

CAPUT III.

De Differentiis Morbi Essentialibus.

DIfferentias si spectemus, *Essentialiter* consideratus tot species nobis exhibet, quot sese exhibent dispositiones partium dictarum malæ, *Morbum* nempe *Substantiæ, Quantitatis, Qualitatum, Figuræ, Loci,* & *Unionis.*

Communiter ad triplicem classem eos reducere solent, sic ut omnis *Similaris* sit, *Organicus*, aut *Communis.*

Similaris Morbus *Qualitates* spectare dicitur indebitè se habentes. Hic quoad primas *Intemperies* vocatur, aut *Morbus Temperiei*, male *Morbus Intemperiei*; quoad secundas *Morbus materiæ, aut qualitatis alienæ*; quoad occultas, *Morbus Formæ, totius Substantiæ, Venenatus*, aut *Qual propriarum.*

Organicus Morbus partium conformationem vitiatam respicit, & *Magnitudinem, Numerum, Figuram, Situm atque Connexionem*, complectitur. Hic variæ sese exhibent species.

Ita *Magnitudo* potest plus justo esse *Aucta* vel *Diminuta*; *Numerus* itidem *major minorve*. Ad magnitudinem auctam *Tumores* reduci solent, à vitio qualitatum tactilium non nisi intensione differentes, nisi à parte aliâ solidâ producti fuerint. De iis agere eo

 quod

quod specialioris considerationis, praxeos magis medicæ est.

Figura Externa indecentem complectitur *Rectitudinem*, *Gibbositatem*, *Curvitatem*, &c. *Interna* Cavitatum atque Meatuum *Amplitudinem* inconvenientem, aut contra *Angustiam* nimiam. Ad illam reducuntur *Dilatatio vera*, cum tota cavitas, maximè quæ receptaculi loco fungitur, plus justo extenditur; *Anatomosis*, cum extrema meatuum p.n. dilatantur; *Diæresis*, cum iidem continui solutionem incurrunt; & *Diapedesis*, cum indebitè rarefiunt. Ad hanc *Obstructio*, cum via clauditur ab aliquo intus hærente, aut orificium obturante. *Constipatio*, cum ab intus adnato. *Compressio*, cum ab incumbente. *Adstrictio*, cum ab exsiccante atque adstringente externo internove. *Coalescentia* seu *Connascentia*, cum à conglutinante. *Subsidentia*, cum in se q. sponte concidunt meatûs parietes, humectati aut debilitati. *Contorsio*, cum variè contorquetur canalis.

Situs varius est, internus, externus, &c: *Morbum* constituit *Situs* seu *Collocationis*.

Connexio Augeri potest, cum disjuncta quæ debebant esse conjunguntur, & *Imminui*, cum, quæ debebant conjungi, disjunguntur, *Morbus Colligantiæ*, *Societatis*, *Consensus*, *Conjunctionis*, & *Connexionis* dicitur.

Communis denique Morbus *unionem* partium, tam similarem quam dissimilarem componentium, *solutam* respicit. Hinc &

Unitas

Unitatis solutio, *Morbus unionis*, &c. apud Medicos audit. Et hic quoque diversæ se offerunt species, quarum præcipuæ in parte durâ (quales Os & Cartilago) I. *Fractura*, cum unitas eorum solvitur à violento duriore, maximè per transversum, alias enim, si per longum fiat, *Fissura*, si cum minima conquassatione, *Comminutio*, vocatur. II. *Caries* cum ab externo internove corrodente. In partibus verò mollibus I. *Vulnus*, cum à re externa acuta solvitur, sine aut cum partis ablatione. Hoc pro instrumenti ratione *Incisio* seu *Sectio*, aut *Punctio* seu *Punctura*, audit. II. *Ruptio* seu *ruptura*, cum ab externo aut interno tendente. III. *Contusio*, cum ab obtuso premente. IV. *Ulcus*, cum ab externo aut interno corrodente, ferè cum puris præsentia. Ab Ulcere remissione, & sic nomine, differt *Erosio*.

Placet variis ad Morbum *Similarem* atque *Organicum* omnia referre, eò quod conformatio debitam quoque unionem exigat. Integrum cuivis quam velit sententiam amplecti.

Putredo partium, *Gangrana* s. mortificatio incipiens, eamque sæpè insequens *Sphacelus*, s. mors ipsa, *Degeneratio* in aliam substantiam, similesque præternaturales constitutiones qui ad Qualitatum vitia, vel singularem aliquam Classem, referre detrectat, quorsum reduci debeant ostendat.

CAPUT IV.

De Morbi Adjunctis.

ACcidentales Differentias Morbi ut meliu[s] exhibere queamus, *Adjuncta* quædam præmittere necessarium, sunt hæc *Magnitu*do, *Numerus*, *Qualitates*, *Tempus*, *Motus*, &[ ] *Eventus*.

Magnitudo quantitatem denotat recessû à naturali statu, sive spectetur Intensio, sive Extensio.

Numerus Simplicitatem aut Compositionem respicit, Unitatem aut Multitudinem.

Qualitas Vehementiam & Levitatem, Acutiem, Constantiam & Inconstantiam, Malignitatem & Benignitatem similesque conditiones respicit, de quibus Capite sequenti.

Tempus Durationem ejus spectat, aut durationis quantitatem. Hoc ut ætas animalium dividi solet in *Principium*, quo natura nondum evidenter obluctatur Causæ; *Augmentum*, in quo incipit cum morbo colluctari; *Statum* s. *vigorem*, in quo maxima inter eos pugna, adeoque Morbus in summo consistit; & *Declinationem*, in solis salutaribus locum habentem, in qua morbus à naturâ victus desinit, & natura vigere incipit. Hæc Tempora si toti morbo applicentur *Universalia* vocari solent, si parti durationis puta paraxysmo, *Particularia*.

Motus morbi ejusdem per sua Tempora

pro-

progressum respicit, qui vel Continuus est, vel Interruptus, vel omninò Continens.

De unoquoq; mox sigillatim, id solùm hîc addendum 1. In Intermittente & Continuo duo inveniri tempora, unum quietis, quod *Intermissio* in illo, in hoc *Remissio*; alterum exacerbationis, quod *Paroxysmus* dicitur. Totum vero illud tempus, ex paroxysmo & intermissione aut remissione constans, dici *Periodum* seu *Circuitum*. 2. Esse *Intermittentem* & *Continuum* morbum vel *ordinatum*, qui certum typum, h. e. accessionum ordinem, observat, sive fixus fuerit, sive incertus, anticipans aut postponens, vel *inordinatum*, *periodicum*, *erraticum*, & *vagum*, qui typi certi expers.

Eventus tria præcipuè involvit, *Qualitatem* np. eventus, *Tempus* & *Modum*. Ratione *qualitatis* salutaris est vel lethalis, ratione *temporis* proximior vel remotior, ratione *modi* per solutionem fit, vel per mutationem.

Solutio tribuitur morbo, cum integrè finitur. Id verò fit subito, vel lentè. Paulatina solutio si salutaris sit λύσις sive *solutio simpliciter* dicitur, si verò lethalis μαρασμὸς s. *Marcor*. Mutatio subitanea, salutaris æque ac lethalis, κρίσις semper dicitur.

De priore non est quod multa adducamus, per se quid iis designemus constat, de *Crisi* quædam in genere, ejus naturam, causas, differentias, modum, & tempus spectantia, proponere necesse ducimus. Na-

Natura Criseos in eo constituitur 1. quod subito quidem Morbus finem sortiatur, at præscio & prævidente Medico, ad signa ea quæ præcedere solutionem eam solent deb[...] tè attendenti. 2. quod conturbatio quædam seu symptomatum criticorum congeries, [...] primo exhibeat, hinc sequatur evacuati[...] quædam materiæ cujusdam humoralis, [...] non extra corpus, saltem ad partes alias. U[...] trumque non raro obtinere praxis medic[...] docet, at verò & crises frequenter dari, præ[...] ter cogitationem Medici, insperatò omninò[...] nullis quæ quidem alicujus considerationi[...] & certitudinis haberi queant præcedentibu[...] signis, vel saltem, siquidem quædam se exhi[...] buerint, haud ita diu antè solutionem se ma[...] nifestantibus, praxis eadem luculenter decla[...] rat. Has cur in scriptis ferè negligant Medi[...] ci, nil rationis video, nisi, mutationes eas solas hîc spectari, quæ signis cognosci & cer[...] to tempore prævideri possunt, aliquid sit.

Causas ejus quod attinet, cum in ea (quæ nempe hujus loci maximè est) conturbatio se exhibeat, eamque insequens evacuatio dicta, illam à fermentatione humorum extraordinaria deducere placet, hanc naturæ ipsi ad expellendum ab humoribus iisdem incitatæ adscribere.

Differentiæ variæ sunt, naturæ & materiæ morbificæ conditionem sequentes, inter quas præcipuæ, quod crisis sit I. *Bona* quæ ad salutem ægri tendit. *Mala* quæ ad mortem.

II. *Per-*

II. *Perfecta*, quæ ægrum integre à morbo liberat, nihilque materiæ morbificæ relinquit, *Imperfecta* quæ contra facit. III. *Fida* & *Secura*, quæ morbum ita tollit ut recidivæ nullus metus ſit, adeoque eadem quæ perfecta; *Infida* quæ contra ſe habet. IV. *Tuta* quæ ſine periculoſis accidit ſymptomatibus; *periculoſa* quæ cum iis.

Modum quod ſpectat, omnes Criſes duobus modis fiunt, vel κατ' ἔκκρισιν, *per excretionem*, vel κατ' ἀπόστασιν, ſeu μετάστασιν, *per Materiæ tranſlationem*.

Per *Excretionem* ea fit, cum humores vitioſi per vomitum, alvi dejectionem, ſudorem, urinam, hæmorrhagiam narium, menſium, atque hæmorrhoidum fluxum, expelluntur.

Per *Tranſlationem* verò cum materia vitioſa non è corpore expellitur, ſed in alium locum transfertur, & quidem vel in partes internas, vel, quod præſtat, externas. Collecta ſic abſceſſum conſtituere dicitur, impropriâ valdè & latâ vocis acceptione, cum non ſemper abſceſſus veri hic ſeſe offerant, ſed ſæpe variæ conditionis Exanthemata atque Tubercula, neutiquam in abſceſſum terminantia, quia ſic uſus obtinuit, vocabulum hoc hic loci uſurpare, retinebimus.

Tempus Criſeos quod attinet, ratione *Morbi* Criſis ſalutaris ordinario ſolet in ſtatu evenire, ſæpè etiam in ipſo principio & augmento,

gmento, cum ea excernuntur in quibus morbus resident, aut à quibus dependet, cum virium tolerantiâ: lethalis omni excepta declinatione; ratione *Diei* eo exspectanda Crisis, quo paroxysmus accidere solet, & magis quo hujus ingravescentia præcipua.

Cum autem Crises determinatis diebus fieri Medici censeant, nullo fundamento firmo, *Dies* illi ob id speciatim *Critici* dicti fuere, ut reliqui omnes *non Critici* seu *Vacui*.

Critici trium generum statuuntur: *Critici* scilicet *simpliciter* sic dicti, *Principes* & *Radicales*, in quibus Crises meliores & frequentiores fieri dicuntur, qui omnes septenario numero definiuntur, & recensentur 7. 14. 20. 27. *Indicantes, Indices atque Contemplabiles*, à quibus monstrari Crisis futura dicitur, & habentur cujusque septenarii medii seu quaternarii, ut 4. 11. 17. 24. *Intercidentes, Provocatorii* s. *Intercalares*, in quibus ex accidenti natura ad intempestivam expulsionem incitatur, tales habentur, 3. 5. 9. 13. 15. 19. fitque hæc computatio cum replicatione tertii diei. *Non critici* seu *Vacui* sunt, in quibus nullam, vel rarissimam & imperfectam Crisin accidere putant, tales sunt 6. 8. 10. 12. 16. 18. quibus nonnulli addunt 22. 23. 25. 29. 30. 32. 33. 35. 38. 39. appellantur *Medicinales* dies, quod istis Medicus Pharmaca tutius exhibere possit.

Post 40 diem languent morbi, & lente potius quam Crisibus finiuntur, hinc morbi

lii mensibus, alii annis judicantur. Plura non addimus, quandoquidem Crisis talis in nostris hominibus vix unquam fiat.

Per Commutationem terminatur morbus, qui in alium mutatur priori similem, aut ab eo omnino diversum.

CAPUT V.

De Differentiis Accidentalibus.

ACcidentaliter morbus si consideretur, variæ ejus differentiæ sese offerent, quarum plurimæ etiam ad ipsa Symptomata sese extendunt, uti sequentia patefacient.

Omnibus iis examinandis, quas magno numero adducunt auctores, chartam impendere animus non est, sufficiat eas solas hic adduxisse quæ in arte nostrâ usus sunt singularis. Possunt hæ ad quadruplicem Classem revocari, Morbum nempe ipsum, Subjectum ejus, Causas, & Effecta.

Morbum si spectemus, varietatem ipsi adferunt Numerus, Magnitudo, Qualitas, Tempus, Motus, & Eventus.

Numerus morbum constituit Unum vel Multos. *Unus* est, qui idem unam tantum partem obsidet, vel plures, sed sine interruptione. Sive simplex fuerit, sive compositus, ex morbis ejusdem conditionis, aut diversæ.

Multi sunt, qui partes diversas occupant cum

cum interruptione. Suntque *Separati* aut *Disjuncti*, qui nullam dependentiam ab invicem, connexionem, aut communionem obtinent. *Connexi* s. *Consequentes*, quorum unus dependet ab alio. *Impliciti* seu *Complicati*, qui in partibus consistunt, in communem functionem usumve conspirantibus. *Confusi*, quorum signa confundunt.

Ratione *Magnitudinis Magnus* est, qui medici attentionem summam exigit, vel *parvus*, qui minorem. Utrumque à conditione Causæ, Subjecti, & Symptomatis præcipue dependet. Sic si *Causa* fuerit magna, vehemens, maligna, *Subjectum* nobile, sensile, magnum, & *Symptomata* gravia, morbus erit magnus. Contra si Causa parva, debilis, benigna, Subjectum ignobilius, insensile aut saltem minus sensile, parvum, Symptomata levia, is habendus parvus Quandoque & *vitii* ipsius *gradus* huc facit.

Ratione *Qualitatis* morbus est I. *Levis* qui haud multum affligit, *Vehemens* qui multum, & *Anceps*, qui medio modo. II. *Benignus*, qui malignitatis expers symptomata obtinet naturæ morbi convenientia. *Malignus*, qui ejus particeps symptomata graviora obtinet quam morbo illi videntur deberi. III. *Fidus*, qui talis est, qualis apparet. *Infidus*, qui gravior est quam apparet. IV. *Manifestus*, qui signis certis dignoscitur. *Occultus*, qui per signa evidens non evadit. V. *Constans*, qui idem semper. *Incon-*

nstans, qui mutabilis valde. VI. *Longus*, *Rotundus*, *Fistularis*, &c. qui illius figuræ est.
Ratione *Temporis* morbus est I. *Vernalis*, *Æstivalis*, *Autumnalis*, *Hyemalis*, qui potissimum illo anni tempore affligere solet, *Indifferens* qui modo hoc, modo illo. II. *Diurnus*, qui de die affligit. *Nocturnus*, qui de nocte. III. *Novus*, qui non diu incepit. *Antiquus*, *Longinquus*, *Inveteratus*, qui diu duravit. IV. *Fiens*, qui vel nondum productus est totus, vel Causam requirit foventem, *Factus*, qui contra se habet. V. *Subitaneus*, qui subito invadit, causâ licet paulatim producta, *Paulatinus* qui paulatim.
Ratione *Motus* I. *Brevis* est, qui celeriter sua tempora percurrit. *Longus* seu *Chronicus*, qui lente, qualis est qui XL diem superavit. II. *Acutus*, qui celeriter, & cum periculo sua tempora percurrit. *Non acutus*, qui nihil celeritatis & periculi habet. Acutus quadruplex est, *Extreme Peracutus*, seu *Per per acutus*, qui primo finitur quatriduo. *Peracutus* qui octiduo, *Acutus simpliciter*, qui die 14 aut 20. *Acutus ex decidentia*, qui ad 40 extenditur. III. *Intermittens*, qui in sua duratione tempora à morbo libera interponit *Continuus*, qui cum remissione quidem, at sine intermissione, affligit. *Continens* qui omnis & intermissionis & remissionis expers. IV. *Incipiens*, qui in principio est. *Crescens*, qui in augmento. *Vigens*,

gens, qui in ſtatu. *Declinans*, qui in declinatione.

Eventus Morbum conſtituit I. *Curabilem*, qui arte medica tolli poteſt. *Incurabilem*, qui ea tolli nequit. *Dubium* qui modò tollitur, modo non. II. *Salutarem*, qui ad ſalutem ægri terminatur. *Lethalem*, qui ad mortem. *Ancipitem* qui modo ad ſalutem, modo ad mortem.

Reſpectu *Subjecti* morbus variat, vel prout ſpectatur ſimpliciter, vel prout ſecundum modum quo morbus in eo exiſtit. Primo modo alius eſt I. Pro diviſione hominum, maxime quoad temperamentum, ætatem, ſexum, & vitæ genus, *biliosſus*, *juvenilis*, *muliebris*, *peregrinantium*, &c. II. *Univerſalis*, qui totum corpus occupat. *Particularis*, qui privatam partem. III. *Internus*, qui partes corporis internas. *Externus*, qui externas. IV. *Totalis* qui totam partem, *Partialis* qui partem partis.

Secundo modo is eſt I. *Congruus*, qui alicujus temperiei, ætati, ſexui, & vitæ generi, convenit. *Incongruus* qui contra ſe habet. II. *Conſuetus* ſeu *Familiaris*, qui ſæpius aliquem invadit. *Inſuetus* quo non eſt ſolitus laborare. III. *Per ſe*, ſeu *per Eſſentiam*, & *Idiopathiam*, qui à nullo alio morbo, qua generationem, & curationem dependet. *Per Conſenſum*, ſeu *Sympathiam*, qui ab alio ſic dependet. IV. *Primarius*, ſeu *per Prothopathiam*, qui primò affligit. *Secundarius* ſeu

per

r *Deuteropathiam* qui secundo. V. *Hecti-*
cus qui partibus firmiter inest, ut ægre au-
rri queat. *Scheticus*, qui remotis causis
cile tolli potest. VI. *Æqualis*, qui æquali-
r parti insidet. *Inæqualis*, qui inæquali-
r. VII. *Perfectus* qui perfectè. *Imperfectus*
ui imperfecte. VIII. *Indeterminatus* seu
ommunis, qui indifferenter quamlibet, seu
peciem, seu partem, infestat. *Determinatus*
u *proprius*, qui certam.

Respectu *Causarum* is est I. *Vernus*, *Æsti-*
us, *Autumnalis*, *Hyemalis*, *Nocturnus*,
iurnus, *Borealis*, *Austrinus*, &c. qui à con-
itutione dependet vernali, diurna, borea-
, &c. II. *Sporadicus*, qui diversa specie eo-
em tempore plures infestat. *Pandemius*,
ui ejusdem speciei, à communi causa na-
rali, eodem tempore & loco, plures infestat.
us species *Epidemius*, à causa communi, non
rnacula, & *Endemius*, à causa communi ver-
acula, originem trahens. III. *Contagiosus*,
ui sui seminium in aliud corpus transfun-
ere valet, simileque producere. *Non Con-*
giosus, qui non ita. IV. *Hæreditarius*, cu-
s causæ aut dispositiones à parentibus, si-
ili obnoxiis, cum generationis principiis
liberos derivatur, *Non Hæreditarius*, qui
liter non oritur. V. *Congenitus* seu *Nati-*
us, qui à primo ortu natis obtingit. *Ad-*
entitius seu *Adscititius*, qui post supervenit.
I. *Materialis*, qui pendet in esse à causa
umorali. *Immaterialis*, qui eam non ob-
tinet.

tinet. VII. *Legitimus* & *Exquisitus*, qui pendet à causa ordinaria. *Spurius* qui ab inconvenienti & extraordinaria.

Effecta Morbi si spectemus, occurrit I. Morbus *Comitatus*, qui alios consequentes habet, & *non Comitatus*, qui iis destituitur. Ad illum pertinet *Liquefaciens* s. *Colliquativus*, qui pinguedinem liquat, *Tabificus* s. marasmodes qui tabem inducit. II. *Dolorificus* s. Crucians, cui dolor atrox junctus, *Indolorificus* cui nullus.

CAPUT IV.

De Causis Morborum.

MOrborum *Causæ Efficientes*, de quibus solis Medici solliciti, variæ itidem sunt. In genere omnes *Insitæ* quoque sunt, vel *Adventitiæ*.

Insitæ & hic generationis nostræ primordiis, & maximè materiæ Spermaticæ, debentur, Causæque efficienti.

Inter *Adventitias Ante partum* accusari merentur *Aër* externus, *Uterus*, *Sanguis maternus*, *Primitiæ*, præter naturaliter disposita, *violentum quodcunque externum*, quod ictus, casus, coitus indecens, motus matris nimius, medicamenta, venena.

In partu Manus præcipuè & *Instrumenta Obstetricis*, *Uterus*, *Partesque ipsi adsita*, *Primitiæ*, *Menses*.

Post

Poſt partum conſiderabiles diſtributiones varias incurrunt, præcipuas adducere ſatis ſit. Earum I. eſt in *Evidentes* & *Latentes*. Utræque eadem ſunt quæ Sanitatis, ſupra enumeratæ, at indebitè ſe habentia, indecenterve uſurpata, aut alio modo morbis occaſionem præbentia. Accedunt *Contingentia* varia, quo *Infortunium* & *Seminium* præcipue referuntur.

Evidentes in *Neceſſarias* & *non Neceſſarias* diſtingui ſolent, quarum *Illæ* habentur ſine quibus vita noſtra conſiſtere nequit, *hæ* quibus ad vitam adeò haud indigemus. *Prioris ordinis* præcipuè ſunt ſex Res non naturales, Sexus, Ætas, Habitus corporis, Vita, & Conſuetudo, *poſterioris* quæ ſunt *Arbitrariæ* ſtatuuntur ut Veſtimenta, & Medicamenta, & *Caſuales* ut Infortunium & Seminium.

Sigillatim omnes perluſtrare, adeoque & quid ſint, & (quod præcipuum,) quot modis Morbos producere valeant, hic indicare non neceſſe, Phyſiologia & Praxis huc multum faciunt.

Suffecerit quod ad Evidentes de *Infortunio* & *Seminio* verbûm hîc addidiſſe.

Infortunium cauſa eſt externa, non neceſſario, ſed merè fortuito, morbum inducens. Varium hoc. Talia enim quæ vulnerando, contundendo, frangendo, mordendo, aut ſimili modo, corpori noxam inferre valent, actuvè inferunt. Huc ergo enſis, culter, lapis,

 ſagitta,

ſagitta, globus, animal venenatum, venenum, *&c.*

Seminium particulas denotat malignas ab uno corpore in aliud tranſientes, adeoque diſpoſitionem illi quæ priori corpori inhæret ſimilem alteri inducentes. Græcis dicitur μύασμα, Latinis aliis, licet minus propriè, *Contagium.*

Seminii propagatio triplici ſolet modo perfici, Contactu, Fomite, & ad Diſtans. *Contactus* fit corporum ægrotantis, & ejus in quod morbus propagatur, conjunctione, ſecundum unam vel plures partes. Huc coitus impurus, oſculum, lactatio infantis, concubitus in eodem lecto. *Fomitis* rationem habet quod rarum eſt, exhalationes facile excipere valens, talia plumæ ſunt, linum, goſſypium, pelles pilis adhuc præditæ, lintea, telæ aranearum, veſtes; aliquando *Lapides*, aut *Muri*, præcipue ſi impuritate lenta fuerint obducti. *Ad Diſtans* propagatio fit mediante *aëre* ferè tranquillo, quandoque flatulento.

Latentes Cauſas quod attinet *partium Solidarum* vitia modò in genere ubi differentias morborum exhibuimus declarata.

Humores reſpectu *Subſtantiæ* putredini etiam ſubjecti ſunt atque degenerationi; reſpectu *Qualitatum* vitio Caliditatis, Frigiditatis, Humiditatis, Siccitatis, Craſſitiei, Tenuitatis, Denſitatis, Raritatis, Duritiei, Mollitiei, Friabilitatis, Tenacitatis, Coloris,

Odoris, Saporis, virtutiſque Alexipharmacæ
. venenato; reſpectu *Quantitatis* abundantiam incurrunt & defectum; reſpectu *Loci* ſitum alienum. Reliqua ut *Numerus*, *Figura*, *Unio*, &c. non obtinent.

Voces pleræque quid velint ex dictis facillimum eſt colligere. *Degeneratio* Humorum in ſubſtantiam aliam conſiderationem accuratiorem exigit, obtinet hæc in variis variè, ut ſpecialia patefacient, ſi non omnibus ſaltem pleriſque debetur mutatio in *Pus*, *Vermem*, *Calculum*, *Subſtantiam melli*, *pulti sevo ſimilem*, *Fungum*, *Carnem p. n.* *Pediculos*, *Pelliculas*, *Cornu*, &c.

Spiritus ſtrictè magis ſic dicti iiſdem ſuo modo ſubjecti ſunt vitiis quibus humores, quoad Subſtantiam, Quantitatem, & Locum, aſt quoad Qualitates non niſi Caliditati, Frigiditati, Humiditati, Siccitati, Craſſitiei, Tenuitati, Denſitati, Raritati, Venenatæque conſtitutioni. Alia nec hîc locum habent.

II. Cauſarum diviſio eſt in *Procatarcticam*, *Antecedentem*, & *Continentem*. *Procatarctica* quandoque illa dicitur quæ *Evidens* vocatur, aliquando illa habetur, quæ latentes excitat & movet, ſive ſit in corpore, ſive extrinſecus adveniat, adeoquè unde cum plures quam una ſpectatur primo morbus producitur. *Antecedens*, Græcis *Proëgumena*, quæ in corpore latens morbum producere poteſt. *Continens* denique latens eadem, actu jam morbum efficiens.

Procatarctica adeoque *vel* sunt Evidente[s] omnes, *vel* earum illæ solæ quæ dispositio[-]nem morbosam in corpore prærequirunt: *Proëgumenis* annumerantur Humores quam maximè & Spiritus, & specialius magis san[-]guinea massa vasis suis atque receptaculis ad[-]huc conclusa. *Continentibus* Humores iidem spiritusvè actu non solum Morbum alicubi producentes, sed & continuo foventes.

Priori modo quod si vox Procatarctica sumatur, cum priori Causarum divisione hæc ferè coincidit, hoc solo ab ea distincta quod Latens Causa in eam quæ potentiâ, & alteram quæ actu, morbum producit, distri[-]buatur. Posteriori v. si usurpetur, incomple[-]tam constituit Causarum divisionem, utpote quæ Evidentes eas quæ dispositionem in corpore morbosam non requirunt, ut sunt Ensis, Lapis, &c. excludit. Antecedens, sol[i] morbis cum materiâ conjunctis propria, si[-]militer ac Continens, non nisi in morbis materiâ humorali dependentibus obtiner[e] dicitur. Evidentes adeoque licet proxim[æ] morborum causæ evadere facile queant Continentium tamen classi neutiquam ad[-]scribi solent. Continens omnis proxima, li[-]cet non prima, ast non quævis proxima Con[-]tinens.

Quævis harum divisionum suos agnosc[it] defensores. Eligemus nos priorem, ide[m] monentes de illâ, quod de reliquis mone[re] solent earum patroni, non omnem scil. mor[-]bum

cum ex utriusque conditionis causis semper ortum ducere, sæpe cum sola evidens sufficere reperiatur.

Præter recensitas, supersunt & aliæ Causarum morbificarum Divisiones, non solum post partum, uti jam traditæ, sed & ante ipsum, & in ipso, suo modo obtinentes.

Harum præcipuæ I. Distinctio in *Causam per se*, quæ propriis viribus, proxime, morbum producit, & *per accidens* quæ non propriis viribus, sed alterius interventu illud efficit. II. In *Positivam* quæ suâ præsentiâ effectum producit sibi similem, & *Privativam*, quæ suâ absentiâ effectum producit sibi dissimilem, & contrarium. III. In *Solitariam* quæ sola, morbum inducit, & *Sociam* quæ cum aliis causis. IV. In *Proximam*, quæ proxime agit, & *Remotam*, quæ mediate. V. In *Principem* s. *Principalem*, quæ varias inter causas conspirantes vim obtinet primariam, & *Ministram* s. *Concausam*, quæ principali adjumenta affert.

Atque hæc de Causis Morborum in genere dicta, quo fastidiosa repetitio variorum præscindatur, paucis jam quales in quovis morbo generaliter spectato occurrere queant exponere consultum.

Connati omnes, quique sunt *Hæreditarii*, vel Insitis solis adscribuntur, vel quæ ante partum aut in partu Corporis partes depravare valent suo loco indicatæ.

Adventitios verò quod spectat. *Morbi* hic

sese primo offerunt SUBSTANTIÆ vocatii
Putredinis itaque causa humor est similis;
aut externa putrefacientia. *Gangræna* defe-
ctus Spiritus insiti in parte. *Degenerationi*
fere simpliciter alterantia externa internavè.

MAGNITUDO AUCTA modo succi
nutritii sanguinis imprimis, bonitati, vaso-
rumque apertioni, debetur, concurrente &
Cordis motu: modò, & frequentius, ut in Tu-
moribus, succi ejusdem, aut alterius excre-
mentitii, (pituitæ præcipuè, lactis, bilis, semi-
nis, urinæ, homerdæ) excedentis, vel alia
simpliciter intemperati, in partium poris
aut interstitiis, collectioni, aut partis alteriu
solidæ, ossium ferè, tendinum, glandularum
vasorum, omenti, intestini, è loco conve-
nienti recessui. *Collectio* hæc *Duplex* est
Paulatina scil. quâ sensim humores in parte
quadam coacervantur, vocaturque *Congestio*
& *Subitanea*, quâ confertim, diciturque ab-
solute *Affluxus*. Utrobique & fluxus obtine
& collectio ipsa, ille tamen magis in affluxu
hæc in congestione.

Fluxus Materiæ humoralis mobilitati in-
debitæ præcipue debetur, sive eam copia
ejus causaverit, sive tenuitas, sive partis al-
terius gravatæ, irritatæ, aut alias affectæ
pulsio validior. Excellentiores hæ causæ sun
in Affluxu, minores vero in Congestione.

Collectio ipsa, paulatina æque ac subita-
nea, dispari licet modo, vel Materiæ colli-
gendæ imputari debet, vel Parti in qua con-
gregatur

gregatur, *illi*, cum copia, craſſitie, viſciditate, peccat, ſive talis acceſſerit, ſive, aliàs tenuior in parte ipſa vi externarum Cauſarum, aëris maximè, medicamentorumve diſſipantium, aut repellentium, talis redditus. *Huic* 1. Cum eam affluentem conſumere aut alio ablegare non valet. Vel ob naturalem aut præternaturalem debilitatem, quarum illa in partibus mollis ſpongioſæque ſubſtantiæ locum habet, hæc in omnibus ex morbo prægreſſo languidis. Vel ob viæ earum diſtributioni excretionive alias deſtinatæ, ſive canalis fuerit, ſive pori partium, maxime externarum, quavis à cauſa, compreſſione imprimis, adſtrictione, obſtructione, anguſtiam. 2. Cum propter Connexionem, Situm, Viarumque quamcunque apertionem, facile eam admittit.

Tumoribus ipſis hæc applicare difficile haud adeò erit. In ſpecialibus commodius hoc peragitur. Cauſam primariam hîc adduxiſſe ſatis ſit, exhibebit ea ut Species varias ita & appellationes diverſas, ſimplices ſive ſpectemus Tumores, *Exquiſitos* alias dictos, ſive compoſitos magis *Spurios* vocatos.

Humoribus qui adſcribi ſolent in genere ſunt: *Inflammatio* ſ. *Phlegmone*, cum eſt à ſanguine ſinceriore poris in partis copioſius contento. *Eryſipelas*, ſ. *Ignis ſacer*, cum à ſanguine bilioſo. *Oedema*, cum à pituitoſo vel ſeroſo incraſſato, aut pituitâ ipſâ. *Hydrops* & *Hydatis*, gradu differentes, cum à ſeroſiore,

 lympha

lympha, urinâ. *Schyrrus* cum à melancholico terrestri, aut pituitoso aliove indurato, similive pituitâ. *Cancer* cum à sanguine in bilem atram parte sui degenerato. *Ecchymoma*, s. *Sugillatio* cum à sanguine quovis in spatia vicina effuso. *Inflatio* cum à flatu. *Abscessus* cum ab humore in aliam substantiam degenerato, maxime in pus mutato, sub quo comprehenduntur: *Vomica* cum pus cysti singulari continetur. *Atheroma* cum materia similis pulti. *Steatoma* cum similis sebo, *Meliceris* cum similis melli. *Empyema* s. *Suppuratio* cum pus liberè in poris partis, aut cavitate quadam notabili, hæret, *Sarcoma* cum in carnem p.n. fit degeneratio.

Appellationum harum varias utpotè generaliores in partibus variis negligunt Medici, specialiores adsumentes, quod *Angina*, *Parotis*, *Ascites*, *Tympanites*, similesque in praxi occurrentes declarant.

Non rarò & Tumores se offerunt certis partibus & maximè cuti proprii, modò ab hâc modò ab illa causa, sæpè varie mixtâ, exorti, qui idcircò ad nullam certam classem ex dictis referri possunt, ut *Furunculus*, *Impetigo*, *Vari*, *Verruca*, *Clavi*, &c. de quorum naturâ in specialibus.

Lac, Semen, Bilis, Homerda quos producant Tumores singulari nomine nondum donavere Medici.

Mixti generis s. Spurii qui sunt mixtæ etiam conditionis Causas agnoscere censentur,

tur, ſic Phlegmone Eryſipelatodes & Phlegmonis & Eryſipelatis Cauſas diſpari licet gradu concurrentes adſumere dicitur. Eadem ratio aliorum.

Parti ſolidæ præcipuè tribuitur *Hernia*, cùm np. circa inguina, umbilicum, aut ſcrotum Tumor ſe exhibet ab omento, aut inteſtino, quamvis & hîc ab humore ſeroſo flatulentove aut ſarcomate, eo nomine venire ſoleat, ſpecialibus nominibus inſigniri conſuetus.

MAGNITUDO IMMINUTA *vel* Cauſas ſolas *Externas* agnoſcit, Humorem nutrientem conſumentes, alio ducentes, aut affluere impedientes, imò ſubſtantiam ipſam partis auferentes. Prius efficiunt Evacuationes largæ, ſanguinis præſertim, Veſicatoria, Vincula, &c. Poſterius Erodentia, ut Vermes, Humoreſque acres; Urentia, ut Ignis, potentialis æque ac actualis; Putrefacientia, ut Medicamenta Septica, Styptica, Narcotica, exceſſive Frigida; Secantia, ut Forceps, Culter, Serra; *Vel* ſolas *Internas*, alimentitii nempe Humoris penuriam, aut ad nutriendum minus aptam conſtitutionem, ipſiuſque Partis augendæ debilitatem; quibus & non raro accedit Vaſorum interna anguſtia, Cordiſque motus ſegnior: *Vel Utraſque* conjunctas.

NUMERI *Morbus*, ſimiles cauſas agnoſcit, maximè externas.

QUALITATUM *Morbi* ut varii ſunt,

ita caufas varias agnofcunt. *Intemperies* omnis five fimplex fuerit, five compofitus, humorem arguit, calidum, frigidum, humidum , ficcum , &c.

Craffities humores vel per fe craffos, vel calore incraffatos. *Tenuitas* tenues , aut attenuatos.

Denfitas eos infarcientes, craffos, five crudiores fuerint , frigidi , five terreftres magis ficcivè. *Raritas* tenuiores , & fere femper calidiores.

Durities vel calidiores humidum confumentes, vel frigidiores copiofos, ficcos. *Mollities* contra vel frigidiores humidos , vel calidiores abundantes.

Afperitas omnis generis acres , falfos , acidos , in genere calidos. *Levitas* , humectandi, refrigerandive vi pollentes.

Lentor feu *Flexibilitas Vel* humorem pinguem humidum abundantem , *Vel* ficcum deficientem. *Friabilitas* vero hunc exfuperantem, illum deficientem.

Gravitas vel humorum copiam maxime frigidorum, vel caloris influentis infitivè penuriam. *Levitas* contra eorum defectum, vel hujus abundantiam.

Tenfitas humorum fpirituumve copiam aut raritatem. *Laxitas* eorum inopiam.

Rigiditas fpirituum copiam. *Flacciditas* eorum defectum.

Color, Odor, Sapor , &c. Humores, qualitatibus confimilibus præditos, partes vitiatas

omn

omni modo pererrantes, albicantes, flavos, ſalſos, acidos, fætidos, &c.

Morbos dictos ſi non primo & per ſe in partibus dictis producunt, ſaltem ad eorundem proventum plurimum conferunt Cauſæ externæ variæ, Aër maxime, Medicamenta calefaciendi, refrigerandi, &c. incraſſandi, adſtringendi, emolliendi, ſimilique virtute prædita. Quod & in Tumorum cauſatione ſupra annotari voluimus.

Morbi *Occulti* à Cauſis occulto modo agentibus pendent, ſive foris corpori adveniant, ut Morſus animalis venenati, Venena aſſumpta, &c. ſive in ipſo generentur. Non enim Cauſæ hæ alterius conditionis ſunt, quam quæ aliorum Morborum, internæ æque ac externæ, manifeſtæ, ſolum hoc diſcriminis intereſt, quod veneni ſpecialis diſpoſitione contaminatæ ſint, & hic maxime locum habet Seminium.

FIGURA INTERNA *vitiata* ut varias agnoſcit ſpecies, ſic & cauſas varias, ordine eas percurremus. *Dilatatio* itaque *vera*, ipſaque *Anaſtomoſis*, *vel* à copia materiæ, in cavitate eâ naturaliter, aut p. n contentæ, *vel* à rarefactione ejuſdem, *vel* à laxitate membranarum, originem ſortitur; ſolutionem enim continui hujuſve cauſas Anaſtomoſi adſcribere, nil rationis habet.

Diæreſis ab erodente, ut humoribus, aut Medicamentis acribus; diſtendente, ut humoribus copioſis, ac turgentibus; rumpen-

te, ut motu vehementi, clamore impetuoſo, pondere gravi, &c. aut Incidente, ut gladio, &c.

Diapedeſis ab humectantibus & rarefacientibus, maxime externe applicatis.

Obſtructio à materiâ, Vel copiâ ſolâ, ut eſt ſanguis copioſus, Vel qualitate, ut ſunt humores viſcidi, craſſi, Vel tota ſubſtantia ut calculi, vermes, &c. cavitatem replente, aut ejus orificium obturante.

Conſtipatio à carunculâ, tuberculo, callo, tumore, ſimilibuſque interiori ſuperficiei adnatis.

Compreſſio foris à vinculis, aut pondere, intus ab humoribus, aut extrinſecus aſſumptis, ut eſt pulvis lapidum inſpiratione attractus, &c. vel à partibus ſolidis, maxime ubi plus juſto diſtentæ.

Adſtrictio ab internis externiſve exſiccandi adſtringendive vi præditis, humore ſcil. medicamento, cibo, potu, vinculis &c.

Coaleſcentia maxime vulnera aut ulcera ſequitur, ſæpe carne, callo, ſimilique intercedente.

Subſidentia humectationem indebitam membranarum, ſuis à cauſis internis externiſve ortam, aut earundem ex caloris ſpirituſque defectu debilitatem, adde inſufficientem à contento diſtenſionem.

Contorſionem vix aliquid efficit præter motum corporis excedentem, aut acria nimis aſſumpta. Annon & ſuum confert nimia

mia inteſtinorum humiditas, in quibus hic affectus imprimis obtinet?

FIGURA EXTERNE *Vitiata* cauſas agnoſcit manus nutricis, aut, maxime ubi luxata vel fracta reponenda, Chirurgi, faſcias, vulnerantia, frangentia, contundentia, &c. motum item corporis, vociferationem, &c. Quin & interne Humores affluentes varios.

Morbus SITUS, qualis in procidentiis variis & luxatione obtinet, externe fere agnoſcit infortunium, internè humores frigidiores laxantes, calidiores conſtringentes, acriores erodentes, copioſiores prementes, aut rumpentes, imo partes ipſas ſolidas præter naturam tumentes.

CONNEXIONIS Morbus, laxior ubi fuerit conjunctio, præter humores erodendi, laxandique vim habentes, externa omnia ſeparandi, extendendique vi prædita. Si vero ſtricta magis, humores glutinoſos, vel medicamenta conglutinandi virtute pollentia, vincula, ſimiliaque adſtringentia, cauſas habet

CONTINUITATIS Morbus, vel externa violenta ſola reſpicit, ut *Contuſio*, *Vulnus*, *Fractura*, vel præterea humores copiâ, raritateve peccantes, ut *Ruptio*.

Ulcera, & *Caries* & humores cauſas habent corrodentes, pungentes, benigni ſive fuerint, ſive maligni, calculos ipſos, vermes, &c. & quæcunque externa ejuſdem virtu-

virtutis, aut etiam humectantia nimium: præsertim si vulneris curatio instituatur.

Ita quidem quales Causæ in genere consideratæ Morbis singulis debeantur pauci vidimus, antequam ad alia accedamus, quales & Causis internis, Humorum scil. atque Spirituum vitiis, competant, eodem modo investigemus conveniens omninò.

Humores itaque quod attinet, vitium eorum in *Substantiâ*, quod aliis habetur qualitatum excessus immoderatus, causas varias admittit. *Putredo* Caloris debilitatem sequitur, dissipatione per Calida, oppressione per frigida, inquinatione per corrupta, introductam. Prima ultimaque immediate agunt; media vel immediate calorem opprimendo, vel mediatè evaporationem calidi ventilationemve inhibendo.

Degenerationis exempla in *Pure, Calculis, Vermibus, Pulti, Sævo Mellivè simili substantiâ, Fungo, Pediculis, Pelliculis*, &c. manifesta, declarabit Praxis, maxime ubi Sanguinis & Chyli vitia exponuntur, unde quæ huc facere possent deducere facillimum curioso Lectori.

Quantitate humores *excedunt*, quia *vel* copiosius debito generantur, ob Materiæ copiam, ac Causæ efficientis robur. *Vel* moderatè geniti non ritè consumuntur, aut evacuantur, propter Humoris crassitiem. Partis motum tardiorem, Vasorum angustiam, aut etiam intermissas Evacuationes.

Defi-

Deficiunt contra *vel* quia parcius producuntur, ex defectu Materiæ, Causæque efficientis dispositione malâ, *vel* quia justa copia producti plus debitò consumuntur, aut excernuntur, propter Humorum tenuitatem, Partis motum vehementiorem, Vasorum apertionem, aut etiam Evacuationes alias, arte vel naturâ duce largius justo institutas.

Qualitatum vitia in Humoribus quæ producunt causæ variæ sunt, pro ipsorum vitiorum diversitate, privative sive egerint sive positivè, per se aut per accidens, &c. Exempli loco in uno alterovè eas spectabimus. Ita *Intemperiem Calidam* efficiunt ex *Internis* Humores calidiores per se, sive natura sua tales fuerint, sive ex retentione facti, frigidiores per accidens, Spiritus item omnes, imo & Partes solidæ calidiores, tam quæ secundum naturam tales fuerint, quam quæ præter naturam. Ex *Externis* Aër calidus frigidusvè; Cibus & Potus similis naturæ; Motus corporis nimius; Vigiliæ excedentes; Menses, Bilis, Semen retenta; Ira immodica; Vestimenta, Æstuaria, Balnea, Medicamenta interna externavè calida frigidavè; Venena ipsa; Morsus animalium venenatorum; Seminium omne; imo quæcunque extrinsece calorem inducere valent per se (ut ignitia varia,) vel per accidens (ut frigida summe.)

Frigidam Intemperiem producunt, ex *Internis*, Humores omnis generis frigidiores, calidio-

calidioresque. Spiritus item partesque solidæ frigidiores, natura, aut præter naturam tales. Ex *Externis* Aër frigidus calidusvè, Cibus & Potus similis naturæ, Tristitia, Somnus, Quies, Vigiliæ diuturnæ, Motus nimius, Vestimenta, Medicamenta interna externave frigida calidave, Morsus, Venena, aliaque fortuita, uti & Seminia omnia, frigida per se, calida per accidens.

Humidam eadem fere producunt quæ frigidam, modo humiditatis sint magis participes. *Siccam* quæ calidam, modo magis exsiccativa vi agant.

Qualitatum Secundarum vitia in Humoribus consimiles quoque causas agnoscunt. Ita *Crassities* modo intemperiei calidæ & siccæ, modo, & frequentius, frigidæ & humidæ, causas assumit. *Tenuitas* easdem, dispari quamvis ratione. Flatus speciatim adhuc externa flatulenta. *Soliditas* fere intemperiei frigidæ & siccæ, quandoque & humidæ. *Raritas* calidæ. *Durities* easdem quas crassities. *Mollities* quas intemperies frigida, humida, nonnunquam quas calida. *Lentor* maximè intemperiei calidæ & humidæ.

Colore, odore, &c. peccant humores, *vel*, & præcipue, propter Causas externas similibus qualitatibus præditas, Alimenta, Potulenta, Medicamenta, *Vel* internas, Partium scilicet eorundem elaborationi, segregationi, excretioni, inservientium, Morbos, adeoque & functiones ipsas læsas.

Occulta vitia Causis quidem manifestis
ebentur, externis internisvè, at vero quæ
eciali modo veneni participes, maximè hic
cum habent Seminium, Venena assum-
ta, Morsus animalium &c.

Loci vitium in Humoribus motum eorum
nmoderatum sequitur maxime; accedunt
unen & causæ aliæ, Continui np. in parti-
us naturaliter eos continentibus solutio, imo
harum æque ac aliarum motus indebitus,
materia contenta, copia vel qualitate mole-
a, Medicamentis, aliisque externis, irritan-
i, aut comprimendi vi præditis, excitatus.

Spirituum vitia easdem quas vitia Humo-
um agnoscunt Causas, modo iis ritè appli-
entur, quod facillimum cum sit, nolumus
ic easdem iterum adducere. Plenius ea spe-
ialia declarabunt.

CAPUT VII.

De Effectis Morbi.

EFFECTA Morbi Sanitatis effectis oppo-
sita, triplicis conditionis præcipue ha-
entur, *Actio* np. *læsa*, *Retentorum* atque
xcretorum vitium, & *Qualitas corporis*
utata.

Actio læsa, præcipuum Morbi effectum,
est, quæ secundum naturæ leges non per-
citur. Hujus *Differentiæ* desumuntur vel à
odo læsionis, vel à diversitate actionis.

A modo

A modo læsionis quadruplex ea est. *Abolita* quæ omnino cessat, revera, aut ad sensum, in totum, vel ad tempus. *Diminuta*, quæ debiliter & imperfectè fit, vel tarde & longiore quam par est tempore. *Depravata*, quæ vitiose fit & aliter quam debebat, *Aucta* quæ validius vehementius & fortius peragitur.

A diversitate actionis tot actiones læsæ propendent, quales bonæ, *Vegetativa* scilicet *Sensitiva*, *Generatio*, *Visio*, *Auditio*, *Nutritio* & quæ sunt aliæ supra declaratæ.

Retenta Humores spiritusque spectant imò Excrementa omnia naturaliter in corpore retinenda, quoad Substantiam, Quantitatem, Qualitatesve prave se habentia, qu... de re plenius in particularibus.

Excretorum quoque *vitium* quotuplex possit esse specialis eorum consideratio su... loco exhibebit, *Substantiæ* quam maxime vitium & hic attenditur, *Quantitatis*, *Qualitatumve*. Reliqua enim, ut tempus, locus modus excernendi, ubi de actionibus læsi... exponuntur. Vitium *Substantiæ* accidit cum vel ipsum excretum toto genere p. n. est, u... vermes, pus, &c. vel prorsus secundum naturam, adeoque sic retinendum, ut sangui... laudabilis copia non ita excedens. Vitium *Quantitatis* in excessu est, cum largius profluunt, quam debebat, vel in defectu cum parcius. Vitium *Qualitatis* varium est pro sensuum varietate, præcipue spectantur Tactiles primæ & secundæ, hinc Visibiles, tum

Odora-

Odorabiles, rarius Guſtabiles aut Audibiles attenduntur.

Per *Affectus corporis ſimplices* ſ. *qualitates mutatas* Medici accidentia deſignant partibus externis imprimis, inhærentia, à morbis dependentia, in ſe actiones neutiquam vel ſaltem leviter lædentia, *qualitateſque mutatas* eadem vocari docent, valdè generaliter ſumto qualitatis vocabulo, ſic ut non ſolum vitia qualitatum, ſed & quantitatis, ſitus, & ſimilia, comprehendat, duplicis adeoque conditionis ea in genere conſiderata conſtituunt, *Senſibilia* ſcil. *Communia* quæ variis ſenſibus ſimul ſubjiciuntur, & *propria* magis, quæ uni tantum. Illis annumerant Magnitudinem, Figuram, &c. p.n. ſe habentia, actiones tamen non adeò notabiliter lædantia. Hæc vulgò pro ſenſuum numero quintuplicia habentur, Viſibilia np. Audibilia, Guſtabilia, Odorabilia, Tactilia. Sunt tamē qui guſtabilia ex hoc cenſu eliminant, nec ſine ratione. Et certe affectus hi omnes ſimplices in partibus externis occurrentes cur magis Symptomata appellari debeant quam vitia ſimilia in internis ſe exhibentia, necdum declaratum video.

Tribus hiſce Symptomatum generibus ſummis quartum addere, *Morbum* np. *alteri ſupervenientem*, non adeò inconveniens videtur.

Actionum adeoque læſio, quæ vero morbo non debetur, ſed magis *Errori* cuidam *externo*,

terno, huc minimè reduci meretur. Quin & sedulo distinguere tenetur Medicus *Naturæ* & *Morbi opera*, illa enim à natura fiunt bene se habente, aut saltem morbo validiore, beneque operante, hæc, alias symptomata dicta, à natura fiunt male se habente, & à morbo ferè victa.

SEMEIOTICÆ

PARS I.

De Signis in genere.

TErtia Institutionum Medicinæ pars SEMEIOTICA dicitur, seu *doctrina de signis*, σημεῖον enim Græcis, nostris *signum* est, aliquod nempè evidens indicans aliquod latens.

Latens hoc, quod notum fieri debet, non est absolutè aliquod natura sua tale, sed comparativè, respectu suæ existentiæ in determinato subjecto, Estque vel *præsens*, vel *futurum*. Prius quæ manifestant signa *Diagnostica*, seu *Demonstrativa* vocantur, quæ posterius *Prognostica*. Ἀναμνηστικὰ seu Memorativa, quæ in memoriam revocant præterita, à Diagnosticis diversa constituere, nulla necessitas.

Præsens signis manifestandum in genere id omne est, quidquid Morbum, Causas ejus, Subje-

Subjectum, atque Effecta, ullo modo ſpectat, iis ſolis exceptis quæ ad Eventum Morbi pertinent, utpote qui inter futura meritò habetur, Signa enim alia dicere *Salubria*, quæ notas faciunt res quæ ſecundum naturam ſunt, alia *Inſalubria*, quæ eas quæ contra naturam ſunt, nihil eſt. Sanitatis, quæque eo faciunt, ſigna dare, ſupervacaneum omnino, cum unuſquiſque cum expedite functiones obit, ſe bene valere, cauſiſque bonis uti, ſciat. Therapeuticam adeoque Signorum hæc doctrina maximè ſpectat.

Diagnoſtica *Propria* ſunt, quæ uni ſoli rei conveniunt, adeoque quid determinate denotant. Vel *Communia*, quæ in pluribus & diverſis rebus reperiuntur, adeoque nil determinate exhibent.

Propriorum tria referuntur genera, ſic ut ſint *Inſeparabilia* quæ omni ſignato, ſed non ſoli, competunt, *Propria tantum* quæ ſoli, at non omni, *Propria & Inſeparabilia ſimul*, quæ omni, & ſoli; ſpecialiore nomine hæc *Pathognomonica* dicuntur. Raro tale ſignum ſimplex datur, fere plures conjunguntur. *Communia*, Συνεδρεύοντα, id eſt, *Aſſidentia*, ſeu *Concurrentia* dicta, morbi ſolam conditionem, magnitudinem, benignitatem &c. ubi adſunt (quod non ſemper eſt) indicant.

Prognoſtica triplicis ordinis habentur, pro triplicitate eorum quæ in Eventu morbi annotari ſolent, *Salutis* np. & *Mortis*, quæ Qualitatem eventus ſpectant, ſalutaris is futurus ſit,

ſit, an lethalis, curabilis an incurabilis, denotantia; *Coctionis* & *Cruditatis*, quæ Tempus ejus, longus an futurus morbus vel brevis, exhibentia; & *Critica*, quæ Modum, an ſubito vel paulatim, & qua ratione, ad ſalutem vel mortem deveniet, oſtendentia. Nobis duo priora primaria videntur, noſtris enim locis ultima non ita obtinent. Omnia hæc aliis ἐπιφαινόμενα & ἐπιγινόμενα appellantur, quaſi *poſt apparentia* diceres aut *ſupergenita*, eo quod non ſtatim à principio adeſſe ſoleant, ſed poſt ſupervenire, ſicque mutationem in morbis deſignare.

Evidens, quod manifeſtat, id primo denotat quod ſenſibus noſtris obvium eſt, hinc & quod ſic cognitum in aliorum notitiam nos deducit. Hoc numero certo comprehendi nequit. Illud pro diverſitate ſenſuum externorum quintuplex occurrit, Viſibile nempe, Audibile, Odorabile, Guſtabile, & Tactile. Omnia ad Cauſas, Subjectum, Effecta, atque Concomitantia reducere non adeo incommodum cenſemus.

Viſibilia præcipue ſunt 1. Ægrotantis facies, 2. Oculi, 3. Lingua, & Fauces, 4. Ungues, & Pili, 5. Univerſus corporis Habitus, 6. Sputa, Urina, Sanguis extractus, Secundinæ, & ſi quæ alia per os, alvum, uterum, aliaque loca è corpore ejiciuntur, 7. Decubitus, 8. Affectus partium ſolidarum in oculos incurrentes. 9. Actiones læſæ variæ ſimiliter oculis obſervabiles.

Odorabilia illa maxime ſunt, quæ ex Su-
re, Urina, Homerda, Pure, aliiſque ex-
ementis, ſi non ſemper ex propoſito ſal-
n præter voluntatem, naribus haurimus.
Guſtus imprimis occupatur circa cognitio-
m bonitatis aut pravitatis Lactis, ſimili-
nque utilium humorum. Urinam & fæces
ſtare turpe & arti ignominioſum.
Tactus apprime utilis eſt ad cognitionem
Temperamenti totius, aut partis alicujus,
Pulſus, 3. variorum affectuum immedia-
aut mediate digitis ſeſe ſubjicientium.
Auditu Medicus percipit quæ ad interro-
ta reſpondet æger aut adſtantium aliquis.
erminos quæſtionum Hippocrates his præ-
ibit verbis: *cum ad ægrotum deveneris, in-
rogare oportet, quæ patiatur, & ex quâ
uſâ, & quot jam diebus, & an venter ſe-
lat, & quo victu utatur.*
Placet magis diſtinctè hæc annotare tem-
ra, illud nempe quo primo ægrotantem
cedit Medicus, & id quo viſitationes repe-
Illo Methodus Hippocratica jam adducta
commodata valde, hoc vero non ita. Con-
tum itaque videtur tempore utroq; com-
odam tyronum in gratiam hic exhibere.
Primo ergo ad ægrum acceſſu ſciſcitando
eo inveſtigare tenetur Medicus 1. *Qua
tiatur*, hoc eſt quæ ipſi moleſta ſint, ad
am quæſtionem ſi non ſufficienter æger,
t qui ipſi adeſt, reſpondeat, ſpecialiter ſym-
omata omnia percurrere debet Medicus,
Actio-

Actiones maxime, atque vitium Excreti rum. 2. Quo in *Loco* seu quâ parte corpori molestiam percipiat. 3. A qua *Causa*, exter na internave, originem duxisse malum sii persuadeat, quam quo Medicus queat meli indagare, secundum traditam seriem earu quæstiones instituat. 4. A quo *Tempore* ma se habuerit, quo cognoscatur qualitas, m tus, & tempus morbi. 5. An & quibus *Me diis* usus, quove cum commodo aut incom modo.

Visitatione alterâ, aliisque insequentib percunctari eadem necesse habet Medicu quæ ad Morbi, Causarum ejus, Subjectiq dignotionem ullo modo faciant, siquide non satis de iis constiterit, hinc & quæ præscripti Medii usum sequuta mutatio.

Quo autem ordine hæc omnia in suu usum transferre debeat Medicus, absol doceri nequit, fere Audibilia principatu tenent, quibus hinc inde suis locis Visibi atque Tactilia miscentur, reliquorum rar & vix considerabilis usus. Manuductio à Medico exercitato factæ hanc rem mel declarant.

Animus non est, nec necessarium, qu quævis dictorum indicare atque prædic valeant, exponere, specialia magis præcip eorum sunt, quam quæ hîc exhibeant quæ itaque hic de *Pulsu*, *Urina*, *Respira ne*, *Sudore*, *Homerda*, *Lingua*, *Ocu* aliisque, vulgo tradi solent, ex praxi me

a petere poterit Medicus, suisquè ægrotan-
ibus applicare. Conditionem suæ Causæ ut
equuntur, ita etiam semper Indicant. Quo
nagis à statu naturali recesserint & morbi,
c causæ eorum, & symptomata ipsa; quo
najoris fuerit considerationis pars affecta;
o Prædictiones graviores. Sufficiat quibus
nodis latentia requisita, siquidem possi-
ile, in genere cognosci & prænosci queant,
erbo indicasse.

PARS II.

De Signis Diagnosticis.

CAPUT I.

De Signis Morbi, & eo spectantium.

MORBUM adeoquè, ejusque *Speciem* si non gustu olfactuvè cognoscamus, quod rarum, vel etiam visu, tactuvè, quod frequenter contingit, sivè mediatè id fiat, sive immediatè, Relatio ægrotantis atque adstantium, quantum possibile, patefaciet, modo quæstiones Medici in cognitionem Causarum efficientium quoad naturam, & efficaciam; Subjecti, quoad temperiem, ætatem, sexum, vitæ genus, & consuetudinem; ipsorumque Symptomatum, cum his vel illis morbis convenientiam ha-

bentium, actionum imprimis & excrementorum, nos deduxerint.

Species omnes Morborum percurrere, nec necessarium, nec possibile. Satis sit Signa praecipua quorundam eorum, qui, indeterminati magis, sensus nostros incurrunt, Signis tamen ut dignoscantur indigent, proposuisse.

Tumores hîc se primò offerunt supra adducti, hinc Gangræna, eamque sæpè insequens Sphacelus, tandem & Ossium Luxatio, Fractura atque Caries. Reliquos enim, utpote proprios magis certis partibus, praxis exponet.

Phlegmones itaque Signa, post Causas, (& hîc & ubique, benè semper, & primò, considerandas,) rubedo imprimis sunt, calor, tensio, & dolor pulsatilis.

Ecchymomatis rubor, calor, sanguinis transparentia, dolor aliqualis.

Erysipelatis invasio ferè cum horrore, febricula, dolor vehemens, rubedo splendens, intumescentia & tensio minor, ardor.

Oedematis mollities & laxitas, dolor nullus aut exiguus, albedo, caloris remissio, ad impressionem digitorum vestigium.

Hydropis eadem quæ Oedematis, ast tensio major, præter ea quæ in singulis ejus speciebus singulatim occurrunt.

Schirrhi dolor exiguus aut nullus, durities, renitentia, color lividus aut subalbicans, vasorum adjacentium intumescentia.

Cancri non Exulcerati paulatina accretio, durities,

durities, color plumbeus, lividus aut nigricans, calor, dolor pulſatilis, rotunditas inæqualis, vaſorum ambientium turgeſcentia. *Exulcerati* corruptio cum fœtore, ſordidâ illuvie, labiorum duritie & converſione, febris, animi deliquia, &c.

Inflationis dolor, murmur, ſplendor, renitentia, fluctuatio, ructus.

Abſceſſus Purulenti caloris, doloris, pulſationiſque in parte affectâ, febris itidem aliorumq; accidentium remiſſio, punctiones intermittentes validæ, tumoris (ſi oculis objectus) in mucronem ſublatio, & à preſſione materiæ fluctuatio, color albicans magis, mollitieſque & humiditas major. In *Meliceride* ſpeciatìm materia compreſſa mollis valde, durior in *Steatomate*, mediæ conditionis in *Atheromate*, brevi augmentum ſumens, ſæpè horrendum. *Vomicæ* Signa nulla ſunt, ut omnia adducta incerta valdè, Aperto tumore omnia melius patefiunt. In *Sarcomate* nulla dictorum Signa, ſenſim oritur, in corpore aliàs benè ſe habente.

Gangrænam denotant, præter Cauſas, ferè quæ in Phlegmone, dolor hinc & pulſus ſubitò remittentes, Color ex rubro in album mutatus, fovea ex compreſſione, partis ſubſidentia, phlyctenæ ex hâc ſubſidentia, ichor contentus in Phlyctenis initio tenuis paulatim craſſeſcens, ſenſus imminutio, fœtor.

Sphacelum, partis ponderoſitas, color nigricans,

gricans, odor morticinus, durities ſiccitaſque, partium à ſeinvicem facilis ſeparatio, ſenſûs motuſque ablatio.

Luxationem (à qua non niſi remiſſione differt *ſubluxatio*) præter Cauſas, uno in loco protuberantia, in oppoſito ſinus, dolor, actionis abolitio aut imminutio in parte in quâ ea contigit, præcipuè manifeſtant.

Fractura vix niſi diligenti inquiſitione, manuum inſtrumentorumve ope inſtitutâ, partibus circumjectis ſæpè (ſi non ſatis os pateat) diviſis & ſeparatis, innoteſcit ex aſperitate, actionis abolitione, membri fere abbreviatione, dolore. Cauſis non neglectis.

Cariei Signa varia ſunt. Os ubi oculis ſubjectum, primò id pingue reprehenditur, hinc flavum, poſt nigrum & inæquale; at verò ubi latet, Cariem adeſſe judicant Chirurgi 1. Si fiſtula præceſſerit aut ulcus diuturnum adfuerit. 2. Si ulcara alia ad cicatricem perducta paulo poſt renoventur, cicatrice ruptâ. 3. Caro ſuperpoſita flaccida fiat, ſpongioſa, pallida, plumbea. 4. Specillum immiſſum non inveniat reſiſtentiam ſed inæqualitatem. & 5. ſi pus aut ſanies effluat copioſius quam pro ulceris magnitudine, tenue fœtidumque.

DIFFERENTIÆ ACCIDENTALES quæque ſunt Morborum ADJUNCTA, viſui licet ſæpè pateant, & tactui, præcipua tamen hic efficit auditus. Supra adducta ſatis omnia declarant. Qua ratione enim *Acuties* atque

atque *Lenitas*, *Malignitas* atque *Benignitas*, *Magnitudo* atque *Parvitas*, & quæ ſunt ejus conditionis alia, ex conſideratione Subjecti, Cauſarum, Symptomatumve, cognoſci queant & debeant, conveniens modo inſtituatur inveſtigatio, facile ex dictis cognoſcere. Sufficit qua ratione *Morbi*, *qui tales per ſe*, ab iis qui per *conſenſum*, imo ipſa *Morborum Tempora* diſtingui poſſint, indicaſſe. Quod ſi ergo percipimus (quocunque etiam id fiat ſenſu) cauſas morbificas cuipiam parti magis occurriſſe, conſuetam magis aliquam ægrotare, continuè laborare, effecta ad alterius partis affectum non augeri aut imminui, imo accidentia omnia in ea primo apparere, per ſe morbus erit, uti qui contra ſe habet per conſenſum.

Tempora ſic ferè diſtinguere ſolent Medici, quod in *Principio* cruda omnia, (in excrementis maxime ſe exhibentia, præſertim in urina,) ſeſe oſtendant, & ſymptomata lævia, haud multum à ſtatu bono recedentia. In *Augmento* ingraveſcunt ſymptomata, cruditaſque in excrementis perſeverat. In *Statu* ſymptomata vel ad ultimum pravitatis gradum pervenerunt, vel his remiſſiora mutationem nullam notabilem in melius pejuſve oſtendunt, eadem cruditatis coctionisvè conditio. In *Declinatione* (quæ in ſolis ſalutaribus obtinet) in melius omnia ruere videntur. Reliqua Medicina ſpecialis clarius proponet.

Ad cognitionem SUBJECTI seu PARTIS AFFECTÆ, maximè quæ occulta magis, *Visus* multum valet, & *Tactus*, mediate aut immediate, *Odor* aliquid, ast rarius. Primarium autem, similiter ac in aliis, hic confert *Auditus*. Hic ostendit ex relatione ægri quis Partis læsæ Situs, quæ Causæ, quæ Effecta. Situs singulis partibus suus. Causarum una hanc magis spectat, illam altera, sive habeatur ratio vitæ generis, sive viarum ad partes diversimode tendentium, sive contrarietatis ordinariæ. Effecta partes illas denotant, unde naturaliter promanant Actiones,& defluunt Excreta ferè excernenda, aliter quam debebant constituta, rarius retinenda. Huc quæ de Doloris varietate ab authoribus referuntur.

CAPUT II.

De Signis Causarum Morbi.

CAUSARUM *Evidentium* notitiam acquirimus ex relatione ægri & adstantium, spontanea sive fuerit sive interrogatione ordinatâ elicita, vel ope arteficiosæ conjecturæ, aut anteactæ conversationis. Visu quoque varia notamus Olfactuque.

Latentes magis cognoscuntur sæpius *Visu*, sive partes morbosas oculis obvias spectemus, aliorum morborum causas, sive humores vitiatos, artis aut naturæ ope edu-

ctos

ctos similes alios in eodem relinquentes, sanguinem v. g. vel in parte quâdam solida p. n. hærentes, morbum in ea actu producentes, *Auditus* sæpe flatulentiam patefacit, ferè quæ de conditione Actionum Excrementorumvè narrantur, ut enim illæ partes omnis generis accusant, à quibus dependent, & in quibus exercentur, pro sui diversa constitutione diversimodè eas lædentes, sic hæc sui conditionem ostendunt, ulterioremque in partium ipsarum constitutionem Medicum deducunt. *Olfactus* ex fætore, maxime eorum quæ excernuntur educunturque, in corpore remanentium statum sæpe notificat. *Tactus* plurimum hic confert, non solum ex pulsu sanguinis conditionem colligens, sed ex compressione tumorum materiæ eos causantis. Huc Catheterum ope in lapides vesicæ inquisitio. *Sapor* in humoribus quandoque & nonnulla exhibet, salsedinem v. g. & amaritudinem, ast cum hæc non adeo à Medico percipiantur, quam quod ab ægrotante notata ipsi referantur, ad Audibilia reduci possunt.

CAPUT III.

De Signis Effectorum.

EFFECTORUM morbi seu SYMPTOMATUM signa diagnostica generalia dare supervacaneum videtur, tum quod ex

ſe, iiſque quæ modo diximus, maximam partem manifeſta ſatis ſint, cum etiam quod facilius accuratiuſque longè in ſpecie cognoſcantur.

PARS III.

De Signis Prognoſticis.

P*Rognoſin* quod ſpectat. EVENTUM *Morbi* cognoſcimus ex collatione debitâ virium Naturæ & Morbi. Utraſque qua ratione ex ſtatu magis minuſque naturali Partium corporis, Cauſarum ſanitatis, & morbi, nec non utriuſque Effectorum, cognoſcere queamus, Phyſiologia & Pathologia docuerunt, ſola hic neceſſaria traditorum applicatio. Omnia quo minus à naturali conſtitutione receſſerint, eo morbus levior, vireſque magis conſtantes, ſicque eventus exſpectandus ſalutaris; contra quo magis à ſtatu debito declinaverint, eo morbus gravior, vireſque minores, adeoque & eventus metuendus periculoſior, ſi non omnino lethalis. Videatur hic *Hippocrates in Coacis & Aphoriſmis.*

LONGITUDINEM & BREVITATEM *Morbi*, adeoque & *ipſius Eventus* patefaciunt *Cauſæ* internæ majori minorive mobilitate præditæ, ſuis ſignis modo indicatis cognoſcendæ; *Subjectum* cauſam morbificam ſtabulare magis minuſque valens, aut alias curatio-

rationem admittens vel reſpuens, ob craſſitiem maxime aut tenuitatem, raritatem aut denſitatem, majorem minoremve diſtantiam, ipſa denique *Effecta* citius tardiuſvè ingraveſcentia aut remittentia, coctioniſve ſigna exhibentia. Huc quæ de Temporibus morborum propoſuimus

Signorum CRITICORUM alia Criſin antecedunt, alia comitantur, alia ſubſequuntur. Omnia ab Effectis & Concomitantibus malis convenientiſſime deducuntur. Nullius enim certitudinis ſunt quæ à Cauſis atque Subjecto deſumpta authores exhibent.

Antecedentia Speciem ejus indicant. Univerſalia hæc conſtituere, & Particularia, nihil eſt, cum ab illis nil certi exſpectare habeamus. *Particularia* itaque quod ſpectat. *Vomitum* prænuntiant faſtidium cibi, nauſea, ventriculi morſus cum dolore, cephalalgia, horror, ſingultus, vertigo, rigor, oculorum ſuffuſio, difficilis reſpiratio, labii inferioris agitatio, tenuioris ſputi ex ore profluxus. *Excretionem alvi* ventris dolor, atque intumeſcentia, dolor & gravitas lumborum, materiæ ad anum confluxus, flatus, rugitus. *Sudorem* pulſus velox & magnus, rigor, horror, pruritus, cutis inflatio, eruptio maculoſa, ac ultimo circa habitum corporis mador. *Hæmorrhagiam* arteriæ in temporibus juſto magis pulſantes, inſomnia turbata, maxime de rebus rubicundis, ac flammeis, jurgiis & ſimilibus, dolores, vertigi-

nes, deliria, viſus hæbetudo, faciei rubedo ac fervor, capitis circa frontem gravitas, lachrymæ involuntariæ, narium titillatio. &c. *Diureſin* circa renum pubiſque regionem gravitas atque dolor, quandoque etiam ardor & preſſio. *Hæmorrhoidum* fluxum earum tenſio atque dolor, præcipue ſi is ægro familiaris. *Menſes* corporis ea alteratio, biduo ante aut triduo, qualem notare mulieres ſolent, cum menſtrua inſtant, maxime ſi tempus ordinarium adſit. *Anacatarſin* tuſſis aut ad eam inclinatio, maxime ſi conſtet materiam expulſioni aptam in thorace conſiſtere.

Abſceſſum in ſpecie, quo nempe in loco futurus ſit, vix prænoſcere licet, certius omnia deprehenduntur, cum Tumoris hujus illiuſve, Exanthematum atque Tuberculorum ſpecialium, ſigna ſeſe exhibent, ex Medicina ſpeciali cognoſcenda. Notandum unius ſigna ubi traduntur alterius ſigna excludi debere.

Concomitantia, ſimiliter ac *Subſequentia*, Criſis bona an ſit vel mala indicant, *illa* dum fit, *hæc* cum facta eſt. *Concomitantia* ſunt ipſæ Species Criticæ, Excretio ſcilicet, & Abſceſſus.

Excretio ſalutaris & bona ut ſit, requiruntur vulgo Qualitas Materiæ laudabilis, ſic ut & peccans ſit & cocta; Quantitas moderata, quæ neque exigua nimis neque immodica; Tempus oportunum, qui dies criticus habetur; & excernendi Modus naturæ fami-

familiaris, per locum convenientem, convenienti modo.

Abſceſſus ut legitimus tria præcipue ſpectanda, *Quo*, ſcil. ſ. Pars in quam humor decumbit, quæ debet eſſe ignobilior, remota à parte affecta, & totius materiæ capax. *Propter quid*, ſ. Cauſa ob quam oritur Abſceſſus, quæ debet eſſe natura, coctâ materiâ. Et *Conditio* abſceſſus, quæ in Vero maxime conſiſtit in ſubſtantiæ morbificæ bonitate, abſceſſus acumine, æquali citâque maturatione, mediocri magnitudine, cum colore rubro, flavo aut albo, in circumferentia mollitie, ac denique uſque dum ſuppuratio facta perſeverantia. Contraria ſi adfuerint, abſceſſum malum indicant. Reliqui Tumores, quæque eo ſpectant tubercula, &c. quando bonæ aut malæ notæ haberi debeant ex iis quæ in ſpecie adferuntur ſatis conſtabit.

Subſequentia ſigna à Symptomatibus deſumuntur. Hæc quo magis minuſque ad debitam naturam acceſſerint, eo & magis minuſque Criſis eſt perfecta.

PARS IV.

De Requiſitis ad Pulſus & Urinæ dignotionem neceſſariis.

SEmeioticam antequam deſeramus, non inutile videtur requiſita quædam, in Medico æque ac Ægro ad id ut ſigna ex Pulſu atque Urinâ ritè deſumantur ſummè neceſſaria,

cessaria, indicasse, quid boni vel mali hoc aut illo modo se habentia indicare atque prædicere queant, ad praxin medicam ablegato.

Pulsus ut rectè percipiatur, *Medicus* I. habeat tactus sensum exquisitum, manumque mollem, temperatam. II. Non mox ubi ad ægrum accessit Pulsum exploret. III. Attingat arteriam, si fieri possit, in carpo, sin, inter pollicem & indicem, in temporibus, aut talo. IV. Non unius tantum lateris arteriam examinet, sed utriusque. V. Duos saltem ut tres digitos adhibeat, nisi relativi Pulsus suspicio. VI. Suspensa manu arteriam tangat. VII. Pulsus naturalis differentias naturales, naturalisque mutationes circa morbum cognoscat. *Æger* I. liber sit ab omni animi corporisque motu, omni itidem extraordinario pulsum mutare valente prægresso. II. Manum, quam tangit Medicus, nec sublatam habeat, nec depressam, nec extentam, nec vinculo aut decubitu constrictam, nec pronam in volam, nec resupinam, sed mollî naturalique situ æqualiter reclinatam in latus imum, quod minimo digito clauditur. Digiti etiam nec flexi, nec distenti sint, sed mediâ formâ teneantur.

Urinæ inspectio, atque dignotio, ritè ut fiant, in *Medico* requiritur I. Ut tempore debito Urinam inspiciat, quam primum enim emissa est, hinc & post horam 6. aut 7. ab emissione. II. In loco patulo, lucem benè, & sine alieni coloris aut umbræ commistione,

ne, admittente, id faciat. III. Urinam hominis ab urina brutorum, aliisve liquoribus ex consistentiâ, odore, similibusque discernere studeat. IV. Quam varia sit urina naturalis, & quam varie naturaliter mutetur, cognoscat. In *Ægro* I. Ut tempore debito urinam emittat, quod est post peractam, si non ex toto, tamen maxima ex parte, chylificationem, hoc maxime est post mediam noctem, cum de die ea interturbetur varie. II. Urinam unicâ vice emissam servet, non pluribus excretam misceat, nisi necessitas urserit. III. Emissam totam excipiat, non partem ejus aliquam. IV. Excipiat eam vase vitreo, mundo, claro, omnis coloris experte, figuram commodam obtinente, quale est quod vulgo Urinale vocatur. V. In ipso vitro debet servari, in quod conjecta est. VI. Servetur quieta, usque dum Medicus eam commoverit. VII. Ne ab aëre aut vento mutetur, Urinale exacte claudatur. Nec eandem ob causam loco frigidiori, aut calidiori, ut arenæ, fornaci, &c. imponatur. VIII. Si quid cibi, potus aut medicamenti Urinam in colore odore similibusque immutandi vim habentis adsumpserit, aut aliis ex Causis ei mutationem conciliaverit, id Medico patefaciat.

HYGIEINA.



YGIEINA Media ad conſervationem ſanitatis neceſſaria exhibens, ea omnia complectitur quæ ſupra Sanitatis Cauſas diximus, noſtræ poteſtati ſubjecta, Res np. Non Naturales, Veſtimenta, Medicamenta. Regimen horum debitum *Diætam* appellari diximus, & quidem bonam.

AER itaque ſanitatem conſervaturus optimus eſt *Subſtantia* purus; *Quantitate* liber, nec parvo ſpatio incluſus, niſi à majore ventiletur; *Qualitatibus* in genere temperatus, calidis alias frigidus, frigidis calidus, &c. Moderate, tenuis humidæ evaporationis parum, terreæ minimum habens; omnis Venenoſitatis expers. *Loco* detentus plano, ad flumen conſtituto, Orienti expoſito; per nares potius quam per os attractus. *Tempore* vernali ſe exhibens.

CIBUS in *Subſtantia* debet eſſe euchymus, & eupeptus; *Quantitate* aſſumendus, quæ corpori non eſt moleſta, ſicut actiones omnes rite obire queamus. Habita tamen ſemper conſideratione naturæ Cibi, quæ vult, quo magis nutriens eo minus ejus aſſumi debere. Prandii itidem Cœnæve haud eadem ratio, ſi conſideretur coctio ciborum ſola, excluſis aliis prohibentibus extraordinariis, (ut ſunt dolor capitis, diſtributio Chy-

li

vaſorum ob anguſtiam difficilior, &c.) cæna uberior ſit prandio. *Qualitate* Temperatus quoque optimus, primas ſive ſpectemus, ſive ſecundas, conſideratio alias habenda Temperamenti, Ætatis, Anni temporis, Vitæ generis & Conſuetudinis. Sic Calidis & Siccis frigidus & humidus convenit. Pueris minus calidus & validus dandus, quam juvenibus, & viris. Æſtate frigidior & levior quam hyeme utilis eſt. Sedentariis levior debetur, quam graviter laborantibus. Firmis alimentis veſci qui conſueverunt, melius ea tolerant aliis. Cæterum generatim qualitas cibi haud ita curanda, qui ſano corpore, & cujus naturam tale genus cibi non offendit. Omnia ſana ſanis; parce, & rarius, aſſumpta nocere nequeunt, maxime ſi grata appetitui. Qualitatibus dictis debetur, quod cibus ſit 1. *Eupeptos, facilis coctionis* ſ. *digeſtionis*, qui, quantum in ipſo eſt, facilè in ſubſtantiam corporis noſtri mutari poteſt, qualis eſt calidus, tenuis, rarus, mollis. 2. *Facilis diſtributionis*, qualis eſt *Eupeptos*. 3. *Euchumos*, ſ. *boni ſucci*, qui bonum ſanguinem pruducere valet, qualis eſt in primis ſecundiſve temperatus, odore aut ſapore ſuavis. 4. *Polutrophos* ſ. *multum nutriens*, qui plurimum nutrimenti ſuggerit, comparatione ſuæ ſubſtantiæ, qualis eſt euchymus, & qui, cæteris paribus, denſior, gravior, firmior eſt. 5. Denique *firmi nutrimenti*, qui terreſtris, glutinoſus, craſſus, & gravis, difficiliſque adeò coctio-

coctionis. *Locus assumendi* cibum nil habet notabile. *Tempus* edendi sit quando esurimus aut conversatio politica permittit. Præstat bis quam semel in die cibum capere. Tempus & hoc exigere multi licet sine fundamento volunt, quod laxantia & tenuia primo sumantur, hinc crassiora & adstringentia,. *Modus* assumendi omnibus notus. Requirit & hic, ut benè cibus masticetur.

POTUS *Substantia* illius sit, qua diluere cibum possit. *Quantitate* respondeat diluendo cibo, hic ubi crassus, siccusque fuerit plus bibendum, quam cum humidus, & tenuis. *Qualitate* frigidus prævalet calidiori, nisi Ventriculus debilior fuerit. Tenuis crasso, qui etiam parcius sumendus, nisi loco cibi eo uti libeat. Generosus potus æstate melior est, quam hyeme, nisi calor magis obsit, quam spiritus deficiant. *Locus* sumendi nihil habet. *Tempus* nec in principio, nec in fine pastûs potum sumi vult, sed in medio; nisi ventriculi siccitas, & cibi durities eum etiam ante cibum exigant, ejusdem lentor, propter quem gulæ adhæret, post eum. Crassior idem & durior etiam extra tempus pastûs potum permittit. *Modus* ne omnia bibamus simul, sed successive, exigit.

SOMNUS *Quantitate* diurnis negotiis haud obsit, sufficiens aliàs tempus septem horarum; habita tamen temperiei, ætatis, sexus, vitæ generis, & consuetudinis consideratione. *Qualitate* optimus profundus, non inter-

interruptus, nec insomniis agitatus. *Locus* sit quietus,& umbrosus; frigidus aut non nimis calidus; clausus; à felibus similibusque animalibus remotus. *Modum* determinare impossibile, ita cubet quis, ut optime quiescit, fere in latere, retractis pedibus, & brachiis inclinatis. Primo in somno super latus laevum cubare convenit, ultimo vero super dextrum. Super dorsum dormire malum habetur, maxime si capite decliviore cubemus, nisi consuetudo contrarium suadeat. Lectus sit mollis frigidis,siccis,gracilibusque, durus vero aliis. Tegantur maxime pedes, et corpus moderate. *Tempus* utilissimum nocturnum, non statim à prandio aut coenâ, nisi quis alias dormire non possit.

VIGILIAE quales requirantur, ex recto somni usu per se fluit.

MOTUS in *Quantitate* extendatur ad madorem, & sic perseverandum usque dum non languet corpus. *Qualitate* totius sit corporis, qualis in lusu parvae pilae. *Locus* sit spatiosus. *Tempus* conveniens omne, quod non est immediate ante aut post cibum. *Modus* sensim eum intendere, &, ubi lassitudo aliqua sentitur, sensim iterum imminuere exigit, hinc mutato indusio aliqualiter corpus movendum, nisi quis in lectum se reponere amet.

EXCREMENTA quomodo & qualia debeant excerni, in genere indicavimus, in specie magis in sequentibus indicabimus.

ANIMI

ANIMI AFFECTUS *Quantitate* debent esse moderati, magis in defectu, quam excessu peccantes, habita tamen semper subjecti consideratione, cum uni magis hic, alteri ille affectus conducat. Ex omnibus maxime ad sanitatem facit Lætitia. Cætera ut *Tempus, Locus*, &c. non possunt definiri, quia non sunt adeò in potestate nostra, ut eos regere queamus.

VESTIMENTA à quovis per se facile, *quæ* sanitati commoda magis sint, cognoscuntur, sic ut difficile sit hic aliquid in genere definire. *Quantitatem* diversitas materiæ, subjecti, regionum, aëris, &c. definit. *Qualitatibus* maxime conveniunt calefacientia magis aut minus pro eadem diversitate, præcipue eâ quæ regionum est, quibus singul[is] suus vestiendi *Modus*. Mutatio omnis subitanea periculosa. *Locus* corpus totum est, præcipuè pedes, abdomen, caput. *Tempus* omne Vestimenta requirit, sive sit diei, sive anni, sive ætatis, &c.

BALNEA *Quantitate* non debent nimis diu usurpari, sufficiunt horæ 2. aut 3 habita tamen consideratione ætatis, pro cujus etiam diversitate sæpius aut rarius instituenda. *Qualitate* conveniunt Temperie contraria, licet modice calefacientium usu saluberrimus, præcipue si frictio lenis antecedat, & abstersio fortis sequatur. *Locus* amplus sit, conditione subjecti haud repugnante calidus magis, quam frigidus, & tali in

loco

ro permanendum, cum mutatio ſubita riculoſa. *Tempus* omne anni, diei, ætatis, xûs, &c. utile eſt, maxime matutinum, æ-vum. *Modus* ea uſurpandi per ſe conſtat. lnea particularia nihil habent peculiariter bſervandum.

MEDICAMENTA *Evacuantia Qualite* hic moderata requiruntur, leniter ope-ntia, talia diaphoretica mitiora, pilulæ dia-æ, Ruffi, &c. *Quantitas* evacuationis par-ſit hic, cum non ita curationis quàm præ-rvationis gratia inſtituatur. Et ex hoc etiam antitas medicamenti colligitur. *Locus* ad-mendi os eſt, alvus, umbilicus, ut ſuo loco enius. *Tempus* certum hic nullum eſt, cum nni uſurpari queant. *Modus* uſurpandi em qui in Therapeutica traditur.

In *Odoriferorum* uſu vix quid annotan-um, præterquam quod apud eas quæ uteri ffocationibus obnoxiæ ſunt rarior eorum ebeat eſſe uſus.

Et hæc ita propoſita ſufficere poſſe viden-r, quam varie ut Subjectum ſanitaits ſeu orpus humanum, ita & Diætam variare leant Temperies, Sexus, Ætas, ipſiuſve itæ ratio, Medicinæ noſtræ univerſæ pagi-a 15. & ſequentibus plenius exponitur, orum Lectionem quam maximè com-endamus.

THE-

THERAPEUTICÆ

Pars I.

De Mediis curatoriis.

THERAPEUTICA, Media ad Cu-rationem morbi necessaria exhi-bens, duo imprimis consideran-da habet, Morbum nempè medio convenienti curandum, & Media ipsa morbi ad curatio-nem necessaria.

Morbus hic omne denotat, quicquid pr[...] corpori obvenire potest, sivè Morbus fue[...] propriè sic dictus, sivè Causa ejus, sivè etia[...] Symptoma ipsum. *Indicans* dici consue[...]

Media duplicia se offerunt, *Remedium* nempe, & *Instrumentum*. *Remedium* op[...] est, quod facere tenetur Medicus, ut sani[...] tem restituat Hinc & *Juvans*, *Auxiliu[m]* atque *Indicatum* appellari solet. Estque d[u]plex, *primum* quod primò, & *secundu[m]* quod secundo indicatur. *Instrumentum* a[u]tem s. *Materia Medica*, id est, per qu[od] Medicus opus suum perficit.

Insinuato rei agendæ, seu operis præsta[n]di, *Indicatio* vulgò vocari solet, & fere Qu[a]duplex habetur, *Curatoria* nempè, quæ [à] Morbo desumitur, *Præservatoria*, quæ [à] Causis, *Mitigatoria*, quæ à Symptomate, [&] *Vitalis*, quæ à rebus s. n.

Voces eædem & *Indicato* tribui commu[ni]nit

er solent, dum *Curatorium*, *Præserva-*
um, *Mitigatorium* s. *Urgens symptoma*,
itale dicitur.
n omnibus considerabilis valde consen-
atque dissensus, hinc enim 1. *Coindican-*
, s. *Consentientia*, cum plura idem indi-
t, mediatè sivè id fiat, sivè immediatè.
Repugnantia, s *Prohibentia*, & *Contrain-*
antia, quæ indicant contrarium ei quod
ndicante alio indicatum fuit, adeoque illi
eferuntur. 3. *Permittentia*, quæ licet aliud
am fuit indicatum indicant, ab illo ta-
n ut potiore vincuntur.
Indicationibus per media commoda satis-
ere studens Medicus cognitionem eorum
acquirat necesse est. Ministrant hanc ipsi
perientia quammaxime & Ratio. Con-
uit & non raro suum Natura ipsa, cujus
dicus ferè minister. *Experientia*, (quæ
nibus præferenda, cum varia in Medici-
adhuc sint incognita,) est rei sæpius itera-
observatio, cum annotatione Causarum,
arumque circumstantiarum Regionem,
atem, Sexum, similiaque spectantium.
perientiam hanc juvenis Medicus sibi
nparabit ex visitatione Ægrorum sedulâ,
ctu senioris, sive ea publica sit, sive priva-
vel, si eo destituatur auxilio, lectione ac-
rata eorum, quæ in praxi medica versati
i Scriptis editis nobis communicarunt.
Ratio est, cum ex Causis aliquid petimus
judicamus, ut contraria contrariis curan-
tur,

tur, frigidus igitur Morbus calidis curand[illegible] crassa attenuanda, superflua expellenda.

Naturam Medicus imitatur bene ag[illegible]tem, cum in singulis morbis quo illi v[illegible]gant attendit.

Mediorum cognitione quantum possib[illegible] instructus antequam curationem aggred[illegible]tur perpendere necesse habet an aliquid [illegible]ciendum? Nil n. agendum (quod np. præc[illegible] morbum ejusvè causas spectat, ne curati[illegible] ex voto non succedente ignominiam [illegible] conciliet, ægrique opes inutiliter consu[illegible]psisse dicatur, imo mors, quæ fato sup[illegible]venit, Medicamentis attribuatur) I. C[illegible] morbus incurabilis est. II. Cum symp[illegible]mata talia adsunt, quorum sublationem m[illegible] presso pede sequitur. III. Cum in agone [illegible]mines sunt. Possunt tamen in gratiam æ[illegible] atque adstantium, cum prognosi periculi [illegible]stantis, leviora, confortantia, usurpari.

Quod si jam Medicus Morbum (sub q[illegible] & Causas cum Effectis comprehendim[illegible] tolli se posse credat, Tuto, &, si fieri p[illegible]sit, Citò quoque, atque Jucundè id effi[illegible]re laboret.

Tutò curat 1. qui non exhibet nocent[illegible] 2. qui ita curat ne reliquiæ maneant, qu[illegible] accidit, si in morbis contumacibus blan[illegible] nimium utatur medicamentis, aut ab ope[illegible] citius justo desistat.

Citò curat, qui Morbum non per long[illegible] transitus ducit, quod faciunt qui prolon[illegible]

tio

ne ejuſmodi rebus ſuis magis quam ægri
uſulere ſe vanè ſibi perſuadent. Neque
nen occaſiones nimium præcipitentur,
e expectandum quid Natura moliatur.
Jucundè curat I qui medicamenta ori,
lis, naribus gratiſſima offert, maxime in
orbis longis. Hic veræ Chymiæ utilitas pa-
II. Qui ea exhibet quæ ſine dolore,
ilibuſque moleſtiis operantur.

PARS II.

De Remediis.

CAPUT I.

De Remediis in genere.

ATque hæc de Mediis in genere. REMEDIUM omne Diæteticum eſt, Pharmaceuticum, vel Chirurgicum.

Diæteticum unicum eſt, *ejus* np. *quod* in rpore morboſo *ſanum eſt conſervatio.*

Pharmaceuticum certo numero comprendere velle difficile valde. Occurrunt hic er prima *Evacuationes*, *Auctiones*, *Alteiones*, *Conglutinationes*, *Separationes*, &c. er ſecunda, *Purgationes*, *Salivationes*, *Votiones*, *Calefactiones*, *Incraſſationes*, & quæ t ejus generis alia, ex ſequentibus plens cognoſcenda.

Chirur-

Chirurgicum ſextuplex videtur eſſe, *Diæ-reſis* nempe, ſeu Separatio partium uni-rum; *Syntheſis* ſ. Conjunctio ſeparatarum; *Exaireſis* ſ. Extractio rerum noxiarum cor-pori inhærentium; *Aphaireſis* ſ. Abla- ſuperflui; *Proſtheſis* ſ. Appoſitio deficien- & denique *Diorthoſis* ſ. Membrorum deb- Figuratio. Quibus ſi *Explorationem* affect- & *Faſciationem* debitam, in prægreſſis uſi- ſingularem habentia remedia, jungere v- mus, octuplex evadet.

In his debitè ordinandis quam maxi- conſideranda veniunt Remedii *Qualita-* *Quantitas*, *Tempus*, & *Locus* uſurpandi.

Qualitas duo involvit, quid np. Reme- conferendum, auctio an imminutio, alte- tio an purgatio, &c. & in quo natura cuj- vis, purgationis ſcil. alterationis, &c. con- ſtat. Primum Natura Indicantis exhibet ex particularibus patebit. Alterum in cuj- vis tractatione exponetur.

Quantitas agendi reſpondeat quanti- Indicantis. Semper tamen habita conſide- tione Virium ſubjecti. *An* autem *ſubito* *paulatim agi debeat* neceſſitas & tolerar- ægri determinant. At *ſi plura ſimul agen- ſint*, ſciendum, *ſimul tracti poſſe*, quæ conſentiunt, *Vel* prorſus diverſa ſunt & di- ta ſimul. *Succeſſivè* verò, quæ ſua natu- ſibi repugnant.

Quid autem ex his quæ ſucceſſivè fi- prius aut poſterius agendum, determi-

rdo Caufalitatis, Neceſſitatis, aut *Cognitio-is*. *Iſte* illud prius emendari aut tolli exigit, uod eſt prius, & à quo dependet alterum. *lle* quod maximè urget, ſive habeatur ratio irium, & ſubjecti, ſive periculi, ſivè ipſi-s Morbi, ſivè Cauſarum atque ſymptoma-um. *Hic* quod compertum eſt, ſivè Cauſa uerit, ſive Symptoma, & ex omnibus ſive oc ſive illud.

Locus partem corporis ſpectat, cui media pplicanda, hanc deſignant ejus ſitus, craſſi-es, ſimiliaque accidentia, virium itidem orbi medicamentorumvè conditio.

Quando agendum, quo nempe Tempo- Morbi, Anni, Menſis, Diei, Sexus, Vitæ eneris, Conſtitutionis Corporis, Conſue-dinis, determinant Indicantis urgentia & ommoditas, promittens proſperum effe-tum.

Hæc omnia quâ ratione in unoquoque emedio annotari queant & debeant quo elius conſtet, ordine ea examinemus con-eniens omninò, quod ut accuratius, me-rique diſcentium cum fructu, fiat, ad I. Claſſes eadem referre conabimur, quo-um 1. contineat *Ablationem*, 2. *Additio-em*, 3. *Correctionem*, 4. *Conjunctionem*, . *Diviſionem*, & 6. *Repoſitionem*.

CAPUT II.

De Remediis Auferentibus.

AD *Ablationem*, superflua sive fuerint, si-ve alias substantiâ, qualitatibus, loco, au motu vititia, plurima reduci possunt, mo-bis, eorumque causis internis, humorib maximè omnis generis, alimentariis æq ac excrementitiis, imprimis dicata.

Causas quæ spectant, *Universalia* habe-tur totum corpus, aut præcipuas ejus part respicientia; vel *Particularia* magis, uni fe parti accommodata. *Prioris* generis ferè su Purgatio, Vomitus, Salivatio, Diaphor-sis, Diuresis, quodammodo etiam Ined Venæsectio, Hæmorroidum apertio, Sca-ficatio cum Cucurbitulis, & Mensium pr-vocatio. *Posterioris* Hirudinum applicat Fonticulorum Vesicarumve excitatio, F-tuum dissipatio, Apophlegmatisatio, St-nutatione aut sine eâ per nares evacuat Trepanisatio, Anacatharsis, Paracenthe Tumoris apertio ac mundificatio, Calc extractio, Vermium eductio, Pediculoru abstersio, Fungi Carnis Pellicularum p-genitarum ablatio; sive indifferenter se h-beant ad hanc aliamve partem, sive etia uni magis certæ debita.

Morbos verò specialius quæ spectant, I-gaturæ sunt, Exesio, Adustio, Sectio. C-dine ea percurremus.

Pu

PURGATIO actio est quâ medicamenti per os exhibiti, aut in anum injecti, opera, per alvum noxia educuntur.

Indicans ejus Humores substantia, quantitate, qualitatibusvè peccantes, qui nec nimis crassi, in vasis aut extra ea detenti, nec tenues nimis, maximè si simul maligni, modò vis medicamenti ad eos devenire possit, & exitus ipsis per alvum concedatur. Huc ergò Sanguis ipse, cum chylo, bile, succo pancreatico, homerda, præcipue spectant; semen, lac, &c. ex consecutione, sæpè & simul per os in ventriculum delata Externa.

Quomodo fiat purgatio difficile est explicare, verosimile eam fieri singulari fermentatione humorum, à medicamenti particulis subtilioribus, quibus vis purgandi inest, Corpus pererrantibus, dependente. Attenuati autem segregatiquè humores à corde propulsi ad vias exitui commodas ubi perveniunt excernuntur.

Quantitas debet sufficere materiæ abundanti, adeoque pro hujus copiâ moderanda. Sed an una vel pluribus vicibus tollenda? una id vice, siquidem possibile, fiat in affectu extremo, ne alias homo pereat, aut materia in partem ruat principem, & periculum inferat. Contra si sit, partitè educi potest, quod etiam faciendum I. ubi vires debiles omnino, II. accidentia vitæ largam purgationem prohibent.

Locus totum corpus eſt, ſive vaſa ſpecte-mus, ſive partes alias.

Tempus Ratione *Morbi* omne commodum modo materia apta, hoc eſt vel fluxilis, vel talis reddi potens, imprimis principium & augmentum, rarius ſtatus, aut declinatio, niſi materia nimis craſſa ſit, & natura gra-vari videatur, vel recidivæ metus ſit.

Purgationi quocunque tempore inſtitutæ ferè præmittitur præparatio 1. materiæ pur-gandæ, dum nimis connexa, & cum aliis hu-moribus commixta, quod fit dum calida ni-mis refrigeratur, lenta nimis calefit. 2. Via-rum, vaſorum ſcil., maximè inteſtinorum dum per laxantia, aperitiva, liberæ reddun-tur, quo materia exire queat.

In *Paroxyſmo* æque purgans exhiben-dum, quam extra eum, licet hoc modo ma-gis debilitetur æger. Ratione *Diei*, matutini horis purgatio inſtituenda. Ratione *Anni* quoad curationem nil non commodum de-bet eſſe. Ratione *Sexus* Gravidis præberi purgans non tantum affert incommodum quam quidem vulgus putat, dummodo ex-hibeatur quod non ſit forte, & ſi ſit for-te, ſi modo parvâ doſi. Clyſteris aut Suppo-ſitorii formâ data perculoſiora ſunt. *Æta-te* omni commoda, omnibus bene conſide-ratis. *Ratione Corporis* jejuno fiat ventricu-lo, niſi vel lenia & lenientia medicamenta fuerint, vel craſſa, & maxime reſinoſa, vel ventriculus debilis.

Vo

VOMITUS, eductio materiæ peccantis per os, ope medicamentorum per os exhibitorum, Constrictionisvè ventriculi cum purgatione verâ quam maxime convenit, nisi quod hic medicamenti in gratia, aut vehementia, nec non fastidiũ, plurimum valeant.

Quantitas ejus varia. semel vomere nihil, ter primus ordo, sexies mediocre, decies aut duodecies summo convenit.

Locus eductionis totum corpus est, maxime ventriculus, parteſque vicinæ.

Tempus Morbi optimum principium & declinatio, minime status. Ratione *Paroxysmi* præstat extra eum. *Ætas* commodissima media, licet tamen & aliis, sed caute, maxime vero viribus debilibus. *Gravidæ* omninò noxius vomitus. Ratione *Corporis* illis ciendus, qui fortes sunt, & ad vomendum proclives, pectus, caput, ventriculum, repletum habent materiâ crassâ, minus aliis. Qui facile vomere gestiunt, pleno ventriculo vomitoria sumant, sed vero jejuno eo, qui majore cum fructu. *Diei* itaque tempus convenientissimum matutinum. Ratione *Anni* melius est dare vomitivum Hyeme.

DIAPHORESIS s. SUDORIS EXPULSIO qua ratione fiat, ex iis quæ de Purgatione diximus aliquo modo patet. Certe omnis sudor fit calore, & is solus, modò moderatus, sufficit ad eum producendum.

Indicans imprimis humores tenues atque sulphurei, aut etiam crassiores facile fundi

valentes, nec nimis graves, Sanguis imprim atque ab eo dependentia serosa, & pituito excrementa, loco dicendo detenta.

Quantitas exigua est, & magna vix el citur, maxime viribus debilioribus, iterat tamen vicibus ea sat notabilis evadit.

Locus eductionis habitus præcipue est cor poris, & secunda regio.

Tempus Morbi quodvis conceditur, com modius tamen in morbis benignis status au declinatio, in acutis malignisque principiur & augmentum. Præstat reliquis quod est i *Paroxysmo, Nocturnum, Jejunum, Æstival* & *Vernum. Ætati* omni convenit, *Sexuiqu* omni, modò consideratè. *Corporis* habit raro præditi facilius sudant aliis.

Urinæ provocatio, quæ DIURESIS dici tur, an à simplici calore, an verò, quod pro babilius, proprietate quadam singulari, de pendeat, res valdè incerta.

Indicans humores sunt serosi, salsi, biliosi, viis urinariis bene apertis, quandoquè & pu-rulenti arenosi, &c.

Quantitas exigua ferè est, hinc & alias evacuationes ferè insequitur.

Locus eductionis præcipuè est secunda Corporis regio.

Tempus conceditur quodvis *Ætatis*, *Se-xus*, &c. commodissimum *Morbi* declinatio, ferè quod est extra *Paroxysmum*, *Matuti-num*, *Hyemale*, habita consideratione virium ægrotantis.

SALI-

SALIVATIO, evacuatio humoris peccantis forma Salivæ, aut Sputi, pro *Indicante* maxime agnoſcit humorem pituitoſum, qui attenuari, ſpumeſcere, & in halitum craſſiorem, incognito licet modo, reſolvi poteſt, qualis invenitur in Lue Venerea, Tumoribuſque frigidis, morbis Catharroſis, &c.

Quantitas peccanti humori reſpondeat.

Locus quandoque os ipſum, vicinæque partes, quandoque, imo maxime, totum Corpus, humore vitioſo deſtillatione, evaporatione, aut alio modo incognito, ad os delato.

Tempus Morbi quodvis convenit, Corpore prius purgato, & obſtructionibus reſeratis. Præſtat, ſiquidem affuerit, quod eſt extra *Paroxyſmum*. *Dies* totus commodus. *Anni tempus* Autumnale & Hyemale utiliſſimum, licet ut in aliis evacuationibus, ita & hic, neceſſitas nulli tempori addicta. *Sexui* & *Ætati* omni convenire poteſt, habita virium & gravidationis conſideratione. *Vitæ genus* illis qui itineribus aliiſque negotiis vacare debent moleſtam ejuſmodi curationem, qualis ſalivatione peragitur, inhibet. Melius procedit in *Corpore* robuſtioribus, quam debilibus.

INEDIA, abſtinentia aliqualis ab alimentis, *Indicans* præcipuum Plethoram habet, licet & Cacochymiæ, maximè pituitoſæ, aliiſque humoribus ex conſecutione conducat.

Quantitas itaque Indicanti reſpondeat.

Tempus Morbi oportunum eſt principium, viribus conſtantibus, niſi morbi magni præ-

ſentis aut futuri, viribus indigentis, haben[illegible] conſideratio. Tam in *Paroxyſmo*, & quide[illegible] maximè, quam extra eum, locum habet. R[illegible]tione *Diei* optimum eſt veſpertinum. Rati[illegible]ne *Anni* difficilius fertur æſtate, quam hy[illegible]me, &c. Ratione *Ætatis* maximè conven[illegible] mediæ, minus primæ, aut ultimæ. Ratio[illegible]ne *Sexus* gravidis vix præſcribenda, ali[illegible] omnibus commoda eſſe poteſt, modo vir[illegible] permittant.

VENÆSECTIO, venæ apertio, ut AR[illegible]TERIOTOMIA arteriæ, ad ſanguinis ef[illegible]fluxionem, *Indicans* ſanguinem habet putri[illegible]dum, copioſum, calidum, mobilem, loco in[illegible] debito contentum. Quid autem commod[illegible] ex ſanguinis imminutione & alii humore[illegible] trahant, ex ſpecialibus conſtabit.

Quantitatem detrahendi ſanguinis determinat collatio magnitudinis exceſſûs & virium ægri. Hæc autem vel unica vice aufertur, vel partitis. Illud obtinet ubi vires validæ & morbus levis, hoc ubi vires debiles & morbus magnus. Ordinariè quantitas evacuationis in ætate firma dividi ſolet in parcam, mediocrem, & largam, iſta continetur intra ℔ſs, illa ad ℔j adſcendit, hæc ℔j excedit, & licet animi deliquium quandoque venæſectioni ſuperveniat, illud tamen per ſe non debet intendere Medicus.

Locum quod ſpectat, hoc eſt venam ſecandam, ſi quantitatis ſolæ qualitatiſve habeatur ratio, perinde eſt quæ ſecetur, ſuperior an

an inferior, ejuſdem an oppoſiti lateris, imò & in brachio pedevè hæc an illa, & hæc *Venæſectio Evacuatoria* dici ſolet. Si v. Motûs inordinati, præſtat oppoſita, atque remotiſſima, ſive ſpectetur idem latus, ſive contrarium. Si vitii Sanguinis in loco, ejuſdem lateris proxima. Illa *Venas* eſt. *Revulſoria*, ſ. *Revulſio*, hæc *Derivatoria* ſ. *Derivatio*, vocari conſuevit. Arteriæ vix ſecantur, cùm eas claudere difficillimum.

Tempore quovis *Morbi* conducit, maxime principio; nunquam in *Paroxyſmo*; omni *Diei noctiſve* hora, neceſſitate ſic urgente alias commodiſſima matutina, jejuno exiſtente ventriculo. *Anni* quoque tempore omni, vere maxime & autumno quoad præſervationem, morbique chronici curam. *Mulieri* æque ac *Viro*, etiam gravidæ, modò parcius ſanguis detrahatur, maximè mediis geſtationis menſibus. *Ætate* omni, etiam puerili ſenilique, habitâ Indicantis, viriumque conſideratione.

HÆMORRHOIDUM APERTIO *Indicans* certum non habet, ſanguinem ferè Melancholicum, craſſum reſpicit.

Quantitas eductionis imprimis copiæ ſanguinis dicti, viriumque corporis conditioni reſpondeat, præſtat tamen hic partitis vicibus rem abſolvere.

Locus eductionis notus ſatis, Venæ ſunt hæmorrhoidales internæ.

Tempus morbi omne permittitur, faciles

tamen non eſt quod ſimus in apertione,qui difficulter claudantur. Præſtat extra *Paroxyſmum* eam fieri. Quovis *Ani*, *Dieique* tempore. *Ætate* omni, exceptâ puerili. In *Viris* æque ac *Mulieribus*, maxime melancholicis hæmorrhoidibus cæcis nunc, aut etiam apertis aliàs, obnoxiis. Graviditatis tamen hic habenda ratio.

MENSIUM ſubſiſtentium aut non debita copia profluentium PROVOCATIO *Quantitatem* eam definitam habet, quam Indicantis abundantia atque conditio, ægrique vires, permittunt, præſtat defectu quam exceſſu peccare, cum difficulter & fluxum hunc ſiſtamus.

Indicans menſtruum ſanguinem eſſe titulus indicat; rarum tamen eum effluentem alios humores ſecum non educere. Imo ea, quæ in utero quandoque continentur præter naturam, eliminanda, ut fætus mortuus, ſecundinæ, lochia, mola, ſimiliaque frequens ejus uſus eſt.

Locus eductionis uterus,corporiſque va

Tempus Morbi quodvis conveniens, mo promotio neceſſaria. In *Paroxyſmo* æque extra eum conceditur, *Anni* tempore quovis,vernum licet & æſtivale præſtent. *Diei* illis quibus jam fluunt,aut fluxus inſtat,an *Ætatis* iis ſolis quibus ordinario fluere ſolent, *Virginibus* atque mulieribus, graviditatis maximâ habitâ ratione, utpotè quæ omnino remedium illud reſpuit.

CUCURBITULÆ ſanguinem imprimis iminuentes cum SCARIFICATIONE debent applicari, alias nil præter attractionem moliuntur.

Quantitate haud adeo magnâ humor hic educitur, ſumma eſt ad ℔ ß, dolor & vires ab opere deſinere ferè cogunt.

Locus is eſt, ubi humor incommodum facit, ferè, ſi vitium hæreat ſupra cor, in dorſo & collo, ſi intra, circa femur & pedes.

Tempus omne commodum, *Morbi*, *Anni*, *Diei*, *Sexus*, &c. quod in venæſectione.

Educuntur & humores iidem HIRUDINUM *applicatione*, licet ſæpe uluſcula relinquant maligna, aut nervos pungant.

Quantitas & hic exigua valde extrahitur.

Locus cutis tota, modo habeatur ratio ſenſilitatis partis ſubjectæ.

Tempus Morbi, *Paroxymi*, &c nil habet peculiare à Venæſéctione, præterquam quod cautè applicandæ.

FONTICULUS, barbaris *fontanella*, ulcuſculum in cute, artis ope excitatum, evacuationis gratiâ, *Indicans* omnis generis humores habet corpus pererrantes, ſalſos maximè, ſeroſos. Pituitoſos ad cutem devenire valentes bilioſos.

Quantitatem evacuationis moderat conditio humoris educendi, virium ægrotantis, & ſymptomatum ſupervenientium. Fonticuli aliàs quantitas ſufficit, quæ piſum recipere poſſit.

Locus varius eſt, ferè Nucha, & Artus. In Nuchâ fit fonticulus inter primam & ſecundam cervicis vertebram, & quiā hic duplici foramine perforatur cutis, hinc è ſetis contextum filum (in cujus locum plerumque ſubſtituunt chirurgi fila varia ſericea conjuncta) traducitur, ſpeciatim *Setaceum* vocatur. In Artubus vero ſolemus communiter eligere interſtitia Muſculorum, Deltoidis & Bicipitis in brachio, Vaſti interni & Gracilis in femore, Gaſtrocnemii & Solei in tibiâ.

Tempus eos efficiendi, ratione *Morbi* omne eſt. *Ætatis*, *Sexus*, *Diei*, &c. nulla, neceſſitate urgente, habenda ratio. In *paroxyſmo* vix licet.

Quandoque & ad humorum, ſeroſorum maxime, bilioſorum, malignorum, putridorum, eductionem, ea applicantur parti, quæ VESICAM, unam aut multiplicem, excitant, ſiquidem per ſe non diſrumpatur, inſtrumento commodo aperiendam, quo humor collectus exeat.

Quantitas ſ. Extenſio veſicæ haud adeo inſignis poteſt eſſe, propter dolorem, qu[o] dum excitatur ſemper adeſt, hinc etiam ſæpe non adeo multum humoris peccantis eo medio elicimus.

Locus univerſa cutis eſt, maximè quæ ad aures, axillas, inguina.

Tempus omne hic locum habet, ſi modo dolorem perferre æger valeat

DISSI

DISSIPATIO FLATUUM pro *Indicante* Flatus habet, qui *Quantitate* eâ educendi, quâ adsunt, partite quamvis. *Tempore* omni. *Locum* monstrat flatus ipse, modumque educendi.

Huc & RESOLUTIO HUMORUM parte quadam p. n. collectorum, fere tumorem causantium, quæ pro *Indicante* humores agnoscit attenuari & dissipari haud recusantes, quales sanguis pituitosus, serosus, biliosus, benigni sive fuerint, sive maligni. *Quantitate* ea educendi qua adsunt, sensim tamen. *Loco* proximo. *Tempore* omni.

ABSCESSUS APERTIO *Indicans* habet materiam purulentam, pultaceam, mellagineam, sebaceam, propriâ pelliculâ contentam, aut libere hærentem, modò tumor oculis & manibus sit obvius, quandóque cujusvis generis humorem tumorem causantem, nondum in pus, dictamque aliam substantiam mutatum, corrosivum, circa nobiliores sensilesque partes, maximè articulos hærentem, aut saltem criticè expulsum.

Locus convenientissimus tumoris pars eminentior, & mollior,&, si fieri potest, etiam situ inferior.

Tempus Morbi jam indicatum. In *Paroxysmo* vix instituitur hæc operatio. *Dies*, *Annus*, *Ætas*, &c. eam minimè limitant.

CAPUT naturaliter PURGATUR per nares, os, aures, oculos. Medicus priores evacuationes solum imitatur, Per *Nares* evacua-

tio fit fine, vel cum ſternutatione, pr
præſtantia medicamenta *Errhina* voc
alterum *Ptarmica* ſeu *Sternutatoria.*
humores quæ derivant *Apophlegmati*
dicuntur.

Indicans omnis conditionis Sangui
xime pituitoſus, aut ſeroſus, imo Saliva

Quantitas in genere definiri nequit
verſales evacuationes cum fere ſequatu
tum iis educendum patet, ſi poſſibile, c
tum reſiduum, & vires ægri permittunt

Locus cerebrum eſt, imò & fauces, pa
cum iis conſpirantes, ope maxime valor

Tempus quodvis conveniens, præſtat
bi declinatio; quod extra *Paroxyſmum*
ratione *Diei* matutinum, jejunante a
Ratione *Anni*, vernale & autumnale. H
dioris *Conditionis* qui ſunt, ſedentarian
tam agunt, iiſque uti *Adſueti*, magis ad
tunt quam alii.

ANACATHARSIS, ſpurgatio pec
per os tuſſis ope, *Expectoratio* alias dicta.
dicans habet humores pituitoſos, qua
que etiam ſanguineos & purulentos in
race hærentes. Medicamenta hoc facie
Bechica vocari ſolent.

Quantitatem determinat humoris co
ſenſim educenda.

Locus eductionis cavitas quam maxim
thoracis, pleura, pulmones.

Tempore Morbi eo, quod eſt ſtatus aut
clinatio, *Ætatis, Anni, &c.* omni.

T

TREPANISATIO, f. Perforatio ossis, ope terebræ ad eam operationem aptæ, quæ *Trepanum* dici solet, *Indicans* agnoscit varium, bene Medico considerandum, ne laborem inutilem, sæpè damnosum, sumat. Hac de re in *Observationibus Chirurgicis*, quas Belgico stylo conscripsit, D. *Henricus à Rodenbuysen*, prolixe egit, ubi præcipuè ad operationem hanc nos impellere docet I. Fragmenta cranii, secundum utramque tabulam, aut saltem interiorem, exteriore depressâ, fracti, meningem pungentia. II. Armorum fragmenta ossi inhærentia, & similiter ad meningem penetrantia. III. Simplicem tabulæ utriusque cranii depressionem. IV. Quod maxime hujus loci, sanguinem è vasis lætis prolapsum, intra cranium meningemque duram, aut, simul hac separatâ, intra hanc & tenuem, collectum, putrescentem, saniosum, &c. Addimus V. Humorem similem sub sterno in cavo mediastini hærentem.

Quantitatem ossis eam auferimus, quam trepanum recipit, & operationem rarissime bis instituimus. Totum autem Indicans auferri debere ut constat, ita id semper fieri non licet.

Locus ordinario est parti læsæ vicinus, in cranio à suturâ remotus. Sed de hoc remedio, aliisque insequentibus, plenius in praxi.

Tempus Morbi principium, imò sæpe secundus aut tertius dies, nisi alia inhibuerint,

rint, & differre eam coëgerint. *Paroxy*
habendam rationem per ſe conſtat. *D*
Annus, *Ætas*, *Sexus*, *Vita*, *&c.* nil difficu
tis habent, ſemper enim inſtitui poteſt, ſi i
dicatio debita ſubfuerit, & vires permiſerr

EDUCTIO CALCULI *Quanti*
totum calculum, vel omnes reſpicit.

Locus fere renes ſunt, ureteres, ve
urinaria, ipſaque urethra. Aliusenim c
haud ita patefiat, etiam à calculis haud
manifeſte liberatur.

Si *Tempus* conſideretur, *Morbi* quo
permittitur, modo vires permiſerint, e
Proxyſmum quod eſt, matutinum *Diei* c
venientiſſimum, ventriculo vacuo. *Æt*
puerile. Ratione *Sexus* facilior eductio
qui veſicæ eſt in mulieribus atque pue
quam in viris aut pueris.

VERMIUM EDUCTIO *Quantit*
Vermes omnes ſpectat, partitis licet vici
educendi ferè, quocunque etiam loco cor
tis hæſerint.

Locus hic ſunt partes interiores corpo
præcipuè chyli elaboratoria, vel etiam ul
ratæ, externæ maxime.

Tempus omne conceditur, quo purg
tibus uti ſupra conceſſum, ſi in corporis
terioribus hæſerint, alias ſi in ulcere exte
nullum excipitur.

ABSTERSIO PEDICULORUM *Quan*
tate omnes reſpicit, licet etiam diverſis
cibus auferendi.

Te

Tempore omni, modo in gravidis, debili-
us, pueris, à mercurialibus abſtineamus.

Locus vel univerſus corporis habitus eſt,
l ſpecialis magis pars, barba, caput, &c.

CARNIS SUPERFLUÆ, FUNGI,
ELLICULARUM nomine quid deno-
tur, alibi traditur. In genere vix hic conſi-
rabile quid, melius hæc particularia expli-
bunt. Auferendum tale præternaturale
Quantitate eâ quâ adeſt, partite, ſi per In-
umenta Pharmaceutica, ſimul & ſemel, ſi
r Chirurgica.

Locus patet, ſectio ſemper in parte ſanâ
rficiatur, niſi ejus nobilitas, ſenſilitas, aut
a diſpoſitio, inhibeat.

Tempus omne commodum, modò per me-
a convenientia, & ſæpe etiam ægrotanti
uta, debitè & ſine noxâ inſtituatur.

Quandoque & *Halitus noxii, Feſtucæ*, alia-
ue noxia, è corpore, aut ſpecialius è VUL-
RE AUFERUNTUR, quo mundentur utra-
e, debitaque hujus curatio, illiuſque quo-
humores maxime vitiatos correctio ſe-
atur. Hic quæ circumſtantiæ obſervandæ,
is ex dictis conſtat, conſtabit plenius ex
u Inſtrumentorum huc facientium.

LIGATURÆ, CORROSIONES, ADUSTIONES.
CTIONES, quibus circumſtantiis in partibus
dis inſtitui debeant, in genere declarare
m difficile, ſi non impoſſibile, tam non ne-
ſarium, ſpecialiora hæc melius aperient.

CA-

CAPUT III.

De Remediis Addentibus.

ADditionem *Deficientium Diæta* nu imprimis ſpectat, aut ſaltem ea quæ mori Spirituique deficienti reſpondet ; ctat & *Medicina Curtorum.* De utraqu thores quidam ex profeſſo egerunt.

CAPUT IV.

De Alterantibus, & Figurantib

COrrectio duplicis ordinis eſt, *Alt* np. & *Figuratio. Alteratio*, qua C tates immutantur, Calida ſcil. refriger Dura emolliuntur, Frigida calefiunt, &c tione *Quantitatis* æqualis debet eſſe ſui, magnus magnam, parvus parvam c Aſt limitari ea debet I. in Humore quo que, ſic ut non una vice fiat alteratio pr moris exceſſu, ſed per partes, & ſucce II Pro conditione medii, per quod tr debet Medicamentum, & diſtantiâ alter III. Pro partis ſenſilitate majori vel mi Craſſitie itidem, aut tenuitate.

Locus eſt ubi proximè poteſt alterar attingere, ſive externus fuerit, ſive inter

Tempus omne commodum, *Anni*, tis &c.

Figuratio qualiter inſtitui debeat, i nere proponi nequit, particularia eam

rabunt. Huc & quæ de Cavitatum dilatione atque anguſtia, maxime de Compreſſione & Conſtrictione, adferuntur.

CAPUT V.

De Conjungentibus, & Dividentibus.

Conjunctio Diviſorum quâ ratione (ablatis alienis, ſive ab extra acceſſerint, ut ...bus, feſtuca &c. ſive ab intra, ut ſanguis, ...des, pus, calloſitas labiorum, &c., & in oſſium fracturis præmiſſa extenſione) per Ligaturas, Conglutinationes, Exſiccationes, agi queat, Medicina ſpecialis exponet. Exhibebit eadem quo modo, quibuſve circumſtantiis *Diviſio Conjunctorum* per *Separationem*, *Corroſionem*, *Sectionem*, perfici poſſit. Non parum huc faciunt quæ de venæ ſectione, apertione Hæmorrhoidum, Abſceſſuumque, Scarificatione, &c. adducimus.

CAPUT VI.

De Loco mota reponentibus.

Reſtitutio Partis in Locum debitum unde mota abſolvitur ferè *Repoſitione* ipſa, *Firmatione* ſ. *Ligatura* convenienti, adhibitis medicamentis ſcopo convenientibus, nec non *Poſitūra partis* legitima. In oſſibus Luxatis *Extenſio* dictis præmittitur.

PARS

PARS III.

De Instrumentis Remediorum

CAPUT I.

De Natura & Differentiis eoru

ET hæc de Remediis ipsis in se spe Instrumenta eorum trium itiden nerum sunt, *Diætetica* scil. *Pharm tica*, & *Chirurgica*. In iis eadem con randa occurrunt, si ritè in usum d velimus, quæ in Remediis annotanc duximus, *Qualitas* nempe, *Quan Tempus* & *Locus*, præter hæc & *usur Modus*.

Qualitatem quod attinet, quid n sint Instrumenta dicta, & in quibu invicem distinguantur, paucis exh difficile; Interim quid fieri possit ex mur.

Diætetica hic sunt, quæ quod est a Sanum in corpore morboso conser quod si enim præterea mutationem pa ægis adferant, Pharmaceutica evadunt mediæ conditionis. Hæc in præceden (ubi de Mediis sanitatem conservand censuimus, *Aërem* scilicet, *Cibum* & P &c. Præcipua ex omnibus Alimenta su

I

ulenta. Reliqua enim per se patent, vel debita consideratione eorum, quæ de ndatione Morborum, Causarum, &c. untur. De his speciatim agere animus est, cum prolixe satis eadem tractave- varii. Præcipua eorum diversitas, ne s adducamus minus ad rem nostram fa- ntes, à Viribus desumitur, quas à Qua- rum conditione habent. Ita calida sunt, ida &c. tenuia, crassa, acida, salsa, gra- ingrata, & quod præcipuum plus mi- ve Nutrientia, sive ex se talia fuerint, e arte facta.

harmaceutica Instrumenta *Medicamen-* dicuntur. Sunt hæc quæ Corporis nostri tes è pravo in meliorem statum reducere ent; contra ac faciunt *Venena*, quæ de- unt, & *Alimenta*, quæ conservant.

Est autem Medicamentũ omne *Nativum*, od sola natura nobis suppeditat, vel *Ar- ciale* s. *Præparatum*, quod artem aliquam, ximè Pharmaceuticam, (sub quâ Chy- a jure comprehenditur) requirit. Utra- e quia in Officinis parata adservantur *Of- nalia* dicuntur.

Nativa triplicis sortis sunt, prout à *Vege- ilibus*, ab *Animalibus*, vel à *Mineralibus*, umuntur, sive integra fuerint, sive eo- ndem partes. Vegetabilia nobis exhibent *dices*, *Folia*, *Flores*, *Semina*, *Baccas*, *uctus*, *Ligna*, *Cortices*, *Medullam*, *Gum-* , *Lachrymas*, *Bitumina*, *Succos*, & quæ his

hisannumerari possunt. Animalia offi
si non se *Integra*, quod sæpe, saltem
nem, *Ossa*, *Cornua*, *Ungues*, *Corium*
guedinem, *Medullam*, *Lac*, *Coagulum*
stacea, *Lapillos*, *Sanguinem*, *Fel*, *Uri*
Excrementa, *Mel*, *Ceram*, &c. Min
non tantum *Mineralia* propriè dicta,
Metalla, *Terras*, *Salia*, *Succos ter.*
Thermas &c. complectuntur. Omnia
culatim hic recensere, ne dicam exam
supervacuum omnino, si non impos
cum certo numero comprehendi non
ant, tum quod natura indies nova exh
tum quod diversis populis diversa in us
Dispensatoria testentur. Regio nostra
maxime elegerit, Pharmacopœæ spe
Amstelodamensis, Hagiensis &c. patefa

Arteficiale vel unum est, & (simili
omnia nativa in se spectata) *Simplex*
potest, vel ex pluribus coagmentatu
Compositi rationem habet. Si nulla ne
tas urgeret, optimum foret simplici
uti, nunc vero Compositum exigit I
dicamenti *Insufficientia*, *Segnities*, I
tas, *Vehementia*, *Aliena aut maligna*
litas, *Corruptibilitas*, *Ingratia*, *ad p*
affectam Deductio, II. *Partis* læsæ, &
transit, *Roboratio*.

Omnia, sive fuerint Simplicia, sive C
posita magis, pro consistentiæ diver
Liquida sunt, vel *Solida*, vel *Mediæ c*
tionis, ab usu *Externa* vel *Interna* app

...ec itidem variis in locis varia se offerunt. ... nostris Liquida recensentur *Aceta*, *Aquæ* ...*tillatæ*, *Elixiria*, *Olea destillata*, *Spiri*... , *Liquor*, *Tincturæ*. Solida *Confectiones* ...*haratæ*, *Calces*, *Croci*, *Fœculæ*, *Flores*, ...*pides*, *Magisteria*, *Pilulæ*, *Massæ*, *Species* *Pulveres simplices*, quo *Præparata* strictè dicta spectant, *Salia*, *Tabellæ*, *Trochi*... Mediæ conditionis *Condita*, *Conservæ*, ...*ectuaria*, *Extracta*, *Syrupi*, *Succi*, *Bal*...*mi*, *Olea*, *Unguenta*.

In omnibus considerabilis maximè *Præ*...*randi modus*, utpote qui cujusvis conditio...m quantum satis est aperiet. Hic speciatim ...poni neutiquam potest, ob miram quæ in ...gulis occurrit varietatem, Exercitia Phar...aceutica, & singularium consideratio ac...ratior, cum melius, quam Regulæ genera...s, declarabunt. Aliquid tamen hæ efficere ...m valeant, quid designent, quâvè ratione ...nfici soleant, aut saltem debeant, Medica...enta dicta, paucis exponere haud inutile, ...uod cum *Medicina nostræ Universæ* pag. 54. ... seq. præstitum sit, eo Lectorem benevo...m ablegare placet.

Præcipua quæ in enarratis omnibus sese ...iam offert diversitas à diversitate quoque ...irium dependet, quam natura in iis diver... , vel ut alii volunt qualitas varia, infert. ...uic debetur quod alia evacuent, alia alte...ent, alia motum humorum inhibeant, alia ...iud quid, in curatione Morborum, & quæ

eo

eo ſpectant, deſideratum præſtent, &
dem alia magis hoc alia alio modo.

Quæ omnia cum prolixè ſatis ab aliis
ter quos præcipui *Morellus* atque *Mac*
exhibeantur, nolumus iis tradendis ter
& chartam impendere, unum atque alte
noſtris in locis uſuale *Medicinæ dictæ pag*
& ſeq. propoſuimus.

CHIRURGICA Inſtrumenta licet
pius cum Pharmaceuticis confundantur
quod ad Morbos eos, quorum curatio
rurgi manum exigit, ferè etiam uſurpe
propriè tamen ab iis diſtincta ſunt, arte
quodam alio, quam pharmaceutico pa
ſi non ſint Manus ipſa Chirurgi, aut M
ſtrorum ejus. In genere & hæc exhibere
poſſibile, Chirurgorum ſcripta, & m
ocularis inſpectio, rem hanc melius p
facient.

Varietas & hîc ſumma, ſive *Materiæ* ex
conficiuntur habeatur ratio, ſive *Figuræ*,
etiam *Uſus* eorundem. Uſitatiora, quæ et
in thecâ circumferre ſolent Chirurgi,
Novacula, *Plebotomum*, *Culter ſcarific*
rius, *Forfex*, *Spatula*, *Specillum*, *Sep*
torium, *Volſella*, *Canaliculus perforatus*
acubus & filo, *Spongia*, *Cochlear*, *Plu*
ceoli, *Faſciæ*. Reliqua domi aſſervantur,
rum Numerus definiri nequit, cum in
nova excogitentur, prioribus ſimul reſe
tis, aut neglectis.

Tota hæc Materia medica haud incom

è pro sextuplici diversitate Remedii sexuplex quoque haberi potest, sic ut *Instrumenta* sint *Auferentia*, *Addentia*, *Corrigentia*, *Conjungentia*, *Dividentia*, *Reponentia*. Particulatim Classes omnes percurrere haud necessarium, cum & nos loco dicto varia exhibuerimus, & alii eam rem fusê satis tractaverint. Tractatû singulari de Instrumentis Pharmaceuticis agere, DEO dante, constituimus.

CAPUT II.

De *Quantitate Instrum. Medicorum.*

QUantitatem ALIMENTORUM determinant I. Nutritionis majoris minorisvè exigentia, nisi quantitate parvâ plurimum nutrientia exhibere placeat. II. Ventriculi constitutio plus minusvè admittens.

Quantitas MEDICAMENTORUM *Dosis* dicitur, estque ttiplex, *Summa*, quæ, cæteris paribus, robustissimo homini convenit; *Media*, quæ medii roboris; & *Infima*, quæ debili; graviditate similibusque circumstantiis semper consideratis.

Determinantur hæc Pondere, vel Mensurâ. *Pondere* exhibentur tam liquida quam solida, similiter ut & mensurâ, licet dispari ratione. Pondera hodiè usitata sunt *Granum*; *Scrupulus*, qui xx. grana continet; *Drachma*, quæ Scrupulos tres; *Uncia*, quæ drach-

mas octo ; *Libra* quæ uncias duodec
Menſura, quæ liquida ſpectat, & re & n
mine ponderibus dictis reſpondet; quæ v
ſicca, *Pugillus* & *Manipulis* maxime defi
tur, imò & *Numero*, vel *Paribus*.

Characteres ponderum & menſuram
ſunt, gr. gu ℈. ʒ. ℥. ℔. P. M. No.
Numeri qui adduntur ſint majuſculi R
mani, I, II, X. XII. &c. Dimidium
notatur per S. ß. Plura apud authores.

Doſis hæc in communi determinari
quit, & Remedii efficacia, & Ægrotanti
lerantia, atque appetitus, & Uſus diutu
tas, hic multum valent. Ex ſpeciali cu
que cognitione res hæc magis conſta
quam experientia ſuggerit. Paucis, qu
maximè in homine valido, ætatis me
uſurpari poſſit, videbimus, præſertim in
quæ Reipublicæ noſtræ Amſtelod. max
in uſu ſunt.

Nativorum Doſis maxime attenditu
iis, quæ, intus ſumpta, purgandi, ſu
res movendi, ſimiliaque magni mom
effecta edendi, vi pollent, adeoque in p
quantitate uſurpata multum valent. R
qua enim pro placitu adhibentur. Hæc
que & nos hic ſolum conſiderabimus, h
to loci in quo degimus reſpectu. Ita D
ulima *Radicum Contrajervæ*, *Hermo*
Jalappæ, *Ireos*, *Mechoac. Rhab. Tur*
Agarici, *Aloës*, *Opoponacis*, *Sagapeni*,
dani, *Sang. draconis*, *Lap. laſuli &*

Mu

Mumiæ, *Spodii*, *C. C. Mandib. lucii*, *Sanguinis hirci præp.* ʒj. *Polypodii querc. Sennæ*, *Myrobal. Sem. carthami* ʒij. *Helleb. nigri*, *Colocynth*. *Euphorbii*, *Elaterii*, *Camphoræ*, *Unicornu*, *Besoar*, *Margaritarum*, *Moschi*, *Zibeth*. ℈ß. aut gr. xv. *Scammonii*, *Guttæ gamb. Sperm. ceti*, *Aromatum omnium*, ℈j. *Cassiæ fist. Tamarind. Mannæ*, ℥ij. *Cantharid. Opii*, gr. *iij*. in substantia siquidem exhibeantur, quod tamen in pluribus non nisi in summa necessitate fit, & caute; si quæ enim eorum in Infuso aut Decocto usurpari possunt, in iis Dosis duplicari debet, aut triplicari, quod ex cujusvis examine hauriendum.

Præparatorum Officinalium Dosis vix poterit generatim definiri, maxime in iis, quæ arte chymica parantur, ferè tamen interne sumuntur *Aquæ destill. simplices*, ad ℥iij. iv. v. *Compositæ* ad ℥j. *Aceta* ad ℥j. *Syrupi alterantes* ad placitum, *opiati* ad ℥j. *purgantes* ad ℥ij. *Condita* & *Conservæ* ad ℥ß vel j. *Electuaria Solutiva leniora* ad ℥j. *fortiora* ad ℥ß. *Elect. Antidota & Opiata* ad ʒj. *Pulveres omnes*, *Purgantes*, *Alterantes*, *Chymici*, hîc usuales, ad ʒj, exceptis qui ex Mercurio, Scammonio, Antimonio, similibusque fiunt, qui tantum ad gr. pauca dantur. Sed in his potius specialia consideranda. Huc spectant *Salia*, *Croci*, *Fæculæ*, *Magisteria*, *Flores*, *Trochisci*. Præter *Troc. Alhandal* qui ad ℈ß. *Pilulæ* ad ʒj. Exceptis quæ ex Extractis & Resinis fiunt, omnibus-

que operationis vehementioris Medicamen-tis, quæ tantum ad ℈ß. aut gr. xv. & qu ex Laud. opiato fiunt, quæ ad gr. ij. dantu *Spiritus è vegetabilibus*, *Tinctura*, *Elixir* ad ʒß. *Spir. è mineralibus* aut *animalib* ad ℈ß. *Olea destillata* ad ℈ß. *expressa* a *per deliq. parata*, *Unguenta*, *Emplastra*, simi-liter ut omnia ex dictis externe usurpata, pr morbi diversitate, quantitate varia.

Quantitas INSTR. CHIRURGIC RUM varia est, pro affectus curandi qua titate, & instrumenti usu; dantur hi magna, parva, mediocria, fortia, deb lia, &c.

CAPUT II.

De Tempore Instrumenta dicta usurpandi.

TEmpus sumendi ALIMENTA Morbis hoc primò infert, quod in Pri cipio Victus debeat esse tenuis, donec sig Coctionis appareant, hinc mediocris in A gmento & Statu, in Declinatione vero p nior. Ratione *Paroxysmi*, semper extra e Cibus exhibendus. Potus alia est condit qui permittitur moderatus. Ratione *D* Vesperi commodè imminuitur cibus, H assueta, siquidem fieri potest, servetur. F tione *Anni* Hyeme plus tolerare valent æg tantes, quam æstate.

Tem

Tempus adhibitionis MEDICAMENTORUM, INSTRUMENTORUMQUE CHIRURGIC. optimum eſt quo juvare poteſt. Hinc quædam in principio, quædam in augmento, quædam aliis morbi temporibus conveniunt, *Alia* mane, *alia* veſperi, *alia* ante cibum, *alia* poſt eum, *alia* alio tempore. Hoc in genere definiri neutiquam poteſt, ex particularibus debite conſideratis præcipue hauriendum; aliquid etiam patefacient quæ circa modum iis rite utendi mox adferentur.

CAPUT IV.

De Loco eadem uſurpandi.

LOcus *adſumptionis* ALIMENTORUM Os eſt, quæ enim Clyſteribus, Odoribus, ſimilibuſque tribuuntur, tanti haud ſunt, recocillationem aliquam inde exſpectare licet.

Locus uſurpandi MEDICAMENTA reſpectu *Corporis* is debet eligi, è quo commode vim ſuam exercere poteſt. Itaque vel locus affectus ipſe erit, vel alius, ex quo ad locum affectum aut materiam contentam proxime virtus propagari poteſt, qualis cum reſpectu internorum ventriculus maxime ſit, pleraque per os exhibentur; præter ea quæ extrinſecus applicantur. Reſpectu *domus* in qua æger, quandoque lucidus is deſideratur, quandoque tenebroſus, qua de re ſpecialia conſulere præſtat.

Locus applicandi CHIRURGICA INSTRU-MENTA *respectu Corporis* partes maxime s[illegible] externæ, quandoque & internæ. Ubi[illegible] eadem quæ de Medicamentis diximus [illegible] tinent. *Respectu domus* seu cubiculi in c[illegible] decumbit æger, talis sit, ut Chirurgus [illegible] molestia, tam sui ipsius, quam ægroti, [illegible] tem affectam tractare possit, ubi valde c[illegible] modæ sunt lecticæ portatiles, & suum u[illegible] etiam præstat lumen, hoc aut illo mod[illegible] habens prout magis è re Chirurgi fuerit.

CAPUT V.

De Modo ea usurpandi, & specia[illegible] de Formâ & Dosi Medicamentorum [illegible] extemporaneorum.

USURPANDI MODUS *Regimen* [illegible] *ctionum*, pro intento fine assequen[illegible] in Ægro æque ac Medico requisitarum, c[illegible] veniens, præcipue spectat, in Diæteticis [illegible] men & Pharmaceuticis considerabilis & [illegible] *Forma*, qua adhiberi debeant.

Alimenta forma certa præscribere im[illegible] sibile, Regionum; Hominumque vari[illegible] varietatem summam infert, Appetitui æ[illegible] tantis plurimum debemus; Liquida ta[illegible] si fieri possit, & morbi conditio permis[illegible] solidis præferimus. Huc Juscula, Hord[illegible] Martius panis, & quæ sunt ejus generis [illegible] pliciter nutrientia. Eadem enim insi[illegible] corpus alterantia Medicamentosa evadun[illegible]

M

Medicamentorum Forma duo includit Formam np. ipsam & Quantitatem.

Primum quod spectat, Officinalia ad usum transfert Medicus *Vel* ea usurpando ut in Officinis asservantur, sive nativa fuerint, sive præparata, *Vel* novam Formulam præscribendo. Utroque modo usurpata, maxime posteriori, *Extemporanea* vocari solent.

Varietas & hic summa occurrit. Sufficere nobis videntur *Infusum*, *Destillatum*, *Decoctum*, *Mixtura*, *Emulsio*, *Linctus*, *Pulvis*, *Sacculus*, *Trochisci*, *Tabellæ*, *Pilulæ*, *Conditum*, *Suppositorium*, *Pessus*, *Unguentum*, *Cataplasma*, *Emplastrum*; utpote quibus reliqua omnia, quæ magno numero recensent Practici; comprehenduntur, à diversitate usus, consistentiæ, aut ingredientium, nomina specialia adepta. Sunt ea *Vinum Medicatum*, *Claretum*, *Acetum*, *Elyxir*, *Tinctura*, *Hordeatum*, *Ptisana*, *Diæta*, *Bochetum*, *Jusculum*, *Gelatina*, *Hydromel*, *Hydrosacharum*, *Balneum*, *Semicupium*, *Insessus*, *Lotio*, *Epithema*, *Fotus*, *Frontale*, *Oxyrrhodinum*, *Gargarismus*, *Clyster*, *Injectio*, *Haustus*, *Julapium*, *Amygdalatum*, *Nasale*, *Cucupha*, *Scutum*, *Amuletum*, *Ceratum*, *Balsamus*, *Linimentum*, *Spanadrapus*, *Tragea*, *Bolus*, *Suffitus*, *Pomum ambræ*, *Sapo odoratus*. Accenseri & his insuper solent *Errhinum*, *Ptarmicum*, *Vesicatorium*, *&c.* at hæc similiaque nomina cùm haud ita Medicamenti

Formulam, quam virtutem designent, m
rito hoc loco ab iis abstinemus.

Sigillatim omnia examinare, approp
tisque Exemplis illustrare, nimis prolix
foret, ex professo materiam hanc aliqua
pertractare animus est. Interim ea quæ
dicinæ nostræ pag. 79. *& seq.* habentur,
Morellus in *Meth. præscrib. form.* propo
studioso Lectori commendamus.

Extemporaneorum horum Dosin ex
ctis colligere facile. *Decocta, Infusa, Julap*
Emulsiones, ad ℥ij. iij. aut IV. dantur, hab
ingredientium respectu. *Potionis* eadem
quantitas. *Mixturæ* pro conditione ing
dientium guttatim, cochleatim, quanti
potus, aut, si Electuarii formâ fuerit, N
Moschatæ, ferè datur. *Bolus* ʒij. vix exce
Opiatorum ubique summa habeatur ra
Clyster in totum ℔j. vix in adulto exce
Aliorum Dosis supra tradita. Externa ad
citum usurpantur. Præscribuntur a. om
eâ quantitate quam usus diuturnitas, æg
que appetitus exigunt, imò conservati
corruptione permittit.

CAPUT VI.

De Regimine Actionum circa usi Instrumentorum Medicorum.

REGIMEN ACTIONUM quale
cujusvis Instrumenti usurpatione
quiratur, ne vires ejus destruantur, aut im
nuant

quantur, in genere exponere impoſſibile. Suffecerit unum alterumve univerſale magis in iis annotaſſe.

PHARMACEUTICA imprimis quod ſpectat, *Purgantia* præcipue obſervari exigunt ſequentia. Cito ſi purgantia velimus, liquida exhibeantur forma, ſi tarde ſolida. Hæc quoque in corporibus humidis, & ex ventriculi debilitate vomibundis, illa in ſiccis, & qui difficulter purgantur, magis convenit. Si metus ſit evomitionis, ovum gulæ imponendum, aut linteum aqua frigida madefactum, vel etiam primò Clyſter injiciendus, hinc purgans exhibendum. Aſſumpto pharmaco præſtat ambulare quam quieſcere; præſtat & vigilare quam ſuperdormire, maxime ſi potens fuerit, celeriſque operationis, aut etiam admodum lene, imò venenoſum Hora unâ aut altera ab aſſumpto medicamento liquidum aliquod laxativum aſſumere utile, iis præcipue qui haud adeò benè purgantur, & ſiccioris temperiei ſunt. Sicciore formâ ſi exhibitum purgans, commodum valde panis aut ſimilis ſiccioris aliquid aſſumere. Et hinc talia ferè ante cœnam ſumuntur. Si tardè procedat purgatio, æger moveatur, ſi fieri poteſt, ſi contra quieſcat. Hæc ſi non juvaverint, illo caſu clyſteris aut ſuppoſitorii uſus confert, hoc vero calida iteratis vicibus abdomini impoſita aut internè uſurpata, modo vi aliquâ adſtringente prædita; paratiſſimum tamen medium

eſt opium correctum, & omnia ex eo
rata. Peracta purgatione, præter quiet
conducit abſtergente uti, ut eſt Vinum, A
hordei, &c.

Vomitoria uſurpandi modus cognitus
ex iis, quæ circa uſum purgantium ac
ximus, ſpeciatim magis hic requiritur, ut
ſumat poſt horam ab adſumpto pharm
juſculum, aut cereviſiam tepidam, c
butyro, quo juvetur vomitio. Poſt vomit
adſumat aliquid, quod placare inter
queat, ut eſt lac dulce cum pane. Pro
vetur & inhibetur iiſdem mediis quibus p
gatio vera.

Modus exhibitionis *Sudorifera* hæc ma
me conſideranda habet. Correcta plera
debent eſſe, (ut in purgantibus, aliiſque v
requiritur) non cruda. Iis qui ſiccioris
turæ ſunt liquida forma exhiberi debent,
ſolida. Adſumpto medicamento corpus
detentim in lecto benè tegendum, haud a
tegumentorum impoſitione, quam circ
poſitione. Promovetur ſudor non ſatis er
pens ope linteaminum calidorum axilli
inguinibus, lagenæ itidem calidam aqu
continentis vel ſacculi arenâ calidâ repl
aut ſimilis cujuſdam, corpori & maxime
dibus applicatorum. Ubi ſudor prover
incipit, quiete uno loco decumbat æger,
ſe nimium commoveat. Finita ſudoris e
ctione abſtergat ſe ipſum ſi fieri poteſt, h
induſium mutet, cavendum ſeduio, ne

his ſubito corpus frigido exponat, aut frigi-
a externa adſumat. Sumto ſudorifero, ſc-
nnus haud adeò conveniens. Diu ubi ſudan-
um, & ſudor copioſe profluit, aliquid po-
us, maxime cardiaci, conceditur.

Diureticorum uſus correctionem ſæpius exigit, ſemper liquidi alicujus ſtatim ab adſumpto medicamento adſumptionem, &, ſi poſſibile, corporis continuum motum.

Salivationem promoventia præterquam quod ſummam Correctionem etiam flagitent, & hoc quam maxime exigunt ut teneatur ſputator loco calido, uſque dum plane ſputatio ceſſaverit, ob ſymptomata gravia. Victus ſit tenuis, exſiccans. Symptomata ſi quæ ſupervenerint, ea mediis convenientibus auferantur.

Emmenagogorum uſus vix quicquam ſingulariter notandum habet, quod non ſupra indicatum.

Circa *Veſicatoriorum* uſum nil obſervandum, niſi quod veſicatorium æquale debeat eſſe viribus & magnitudine excitandæ veſicæ.

Fonticulum ſi excitare placeat cauterio potentiali, *Solido*, emplaſtrum, in medio foramen habens, parti apponendum, huic foramini particula cauſtici adaptanda, eaque pulvillo & faſciâ arcte parti applicanda. Si *Liquido*, quale ſimplex lixivium, ſub emplaſtro foramen ſimiliter habente, aliquoties circumducto filo circulus conficiendus, quo conti-

contineatur eo per foramen emplaſtri [illegible]
ſum cauſticum.

Flatus diſſipantia nihil habent gene[illegible]
annotandum, niſi quod, internis ma[illegible]
ubi res peragitur, moderatis prius agen[illegible]
ſit, hinc fortioribus.

Materiam humoralem in *Tumoribus*
ſolventia hoc primario exigunt quod [illegible]
pantia vera emollientibus leniterque h[illegible]
ctantibus miſceantur.

Tumores aperientia idem quod Fon[illegible]
los excitantia, maxime ſolidiora, conſid[illegible]
habent. Utrobique & partis cui appl[illegible]
tur ſenſilitatem ſedulò reſpicere neceſſe[illegible]
vero omnia hæc melius ex ſpecialibus [illegible]
gnoſcuntur.

Caput purgiorum ſpecialior uſus ab iis [illegible]
cauſtica nimis ſunt abſtinere ſuadet, &[illegible]
gis formâ liquida quam ſolida Errhina a[illegible]
Ptarmica commendat.

Anacatharſin producentia id præc[illegible]
notari volunt, quod primò humores, ſi n[illegible]
fluxiles fuerint, incraſſentur, antequam [illegible]
& expectoratione commodâ ejiciantur.

Carnem ſuperfluam, Fungum, &c. *a*[illegible]
rentia ſiquidem haud ita formâ ſolidâ [illegible]
ſpergantur, ſed verò liquida magis inſtil[illegible]
tur, aut plumaceolis applicentur, benè [illegible]
cumſtantes partes muniendæ, habend[illegible]
ratio partium ſubjectarum, maxime qu[illegible]
ſenſilitatem.

Alterantium uſus debitus varia requi[illegible]

Non omnis conjunctio vitiorum ſtatim
enda, ſic calidum & craſſum non ſimul
rigendum, ſed primò quod maxime ur-
, hinc alterum. II. Licet vehementius
facere, quam refrigerare, attamen caute.
. Non ſtatim ſummum medicamentum
ibendum, ſed à leniori inchoandum.
. Nec ſemper idem genus medicamenti
ibendum.

CHIRURGICA magis quod attinet.
ca *Venæſectionem* occurrentia varia ſunt.
Brachio ubi inſtituitur, ligatura ei injici-
ſupra articulum Cubiti, ut adeò Vena in-
eam & manum intumeſcat, quæ dein in-
mento commodo decenter & ſufficien-
aperitur. In Pede nihil eſt diverſitatis, uti
in Manu, niſi quod illæ partes, antequam
imponatur ligatura, calidæ aquæ ferè
eant imponi, &, ubi ſecta vena, in eadem
ineri. Aliis in partibus cum aperienda
a ubi ligatura injicienda Chirurgis ſatis
um. Ubi jam aperta vena, ligatura ſic re-
uenda, niſi exploratio inæqualitatis pul-
in utroque latere (ſic ut in eo cujus ve-
ſecta debilior ſit quam in altero,) eam la-
ii cogat, ut ſic liberius per arterias af-
nt. Ne ſinamus guttatim ſanguinem ex-
are, aut uno vaſe excipi, ad meliorem vi-
lignotionem. Evacuato jam ſatis ſangui-
, non ſtatim vulnus claudatur, ſed gutta-
exſtillet ultimus Sanguis. Hoc ubi clau-
e animus, digito comprimitur vena infra
vulnus,

vulnus, & ſpongiâ madidâ bene id ablu
ſanguine ex eodem ritè expreſſo, hinc C
preſſum (ut vocant) aceto madefactum
neri applicatur, debitoque modo ligatur
ponitur. Dormiendum ſtatim à venæſe
ne non eſt, ſed ad minimum per horar
gilandum. Sedulo autem in ſomno cur
beatur, ne ligatura ſolvatur.

Hæmorrhoidum apertio vel fit per Me
menta cauſtica, vel per Hirudines, vel,
præcipuum, per Scalpellum In unoqu
quid attendendum, ſuo loco indicatur.

Menſtrua provocandi modus qui fit V
ſectione, in pede (forſan commodius in
chio) inſtitutâ, quid notari velit, modo d

Cucurbitulas applicandi modus div
eſt. Vel enim ſtupa accenſa Cucurbita
ponitur, & cum hac celeri manu corpo
plicatur, *vel*, quod præſtantius, ſolâ fla
candelæ accenſæ cucurbitula interius c
hinc parti applicatur, quam etiam poter
me attrahit. Ubi ſic parum traxit rem
tur, cutiſque eo loco ſcarificatur. Cut
ſcarificatæ nova cucurbitula dicto mod
lefacta imponitur, quæ ubi parum q
aufertur, ſanguineque ea contento e
parti iterum applicatur, & hoc tam di
ratur, uſque dum ſanguinis ſatis extrac
Vulnera hinc lavantur vino, aut ſæv
niuntur, & ſic relinquuntur.

Scarificatio qua ratione inſtitui debea
tis vel mulierculæ norunt.

Hirudines peculiare habent, quod, ante-
am apponantur parti, in aquâ limpidâ la-
ri, & ad minimum per diem detineri de-
ant, ut sordes venenumque deponant,
nc pars fricetur, cui applicandæ, ut rubes-
t, & siquidem sugere nolint illine parti
orem lactis, aut sanguinem columbinum,
l acu eam sanguinem fac parum effundere.
ein ubi multum sanguinis evacuandi ani-
us est, cauda ipsis amputetur, quo humor,
uem sugunt, semper destillet, alias saturatæ
ecidunt. Quod si decidere nolint, insper-
e aliquid salis aut cineris, vi enim eas avel-
re periculosum, cum capitis pars in vulne-
remanens sæpe multum mali causet. Ul-
sculum relictum abluitur commode vino,
ui Theriacæ quid admixtum.

Fonticulos citissime efficiunt, & omnium
ptimè, qui cutim utrinque manu elevatam
ssecant, statimque pisum interstitio im-
onunt, quod ab humore accedente intu-
escens apertum semper detinet locum, quo
elius humor effluere queat. Ad *Setaceum*
citandum loco debito cutis una manu ma-
stri, alterâ ministri, elevatur, quo cuspi-
e lanceolæ pertundi commode possit, hoc
cto filum aptum traducitur, quod postea
edicamento digestivo imbuitur, & sæpius
ommovetur.

Carnem superfluam, &c. ubi auferendi
imus est Forfice aut Forcipe, celeri id fiat
anu, ubi Filo, Seto equino, aut simili,

tardè

tardè procedendum ſenſim magis magis
filo, &c. arctato. Non raro, ut in Catar
Acu,aut ſimili inſtrumento abradimus. C
omnia melius ex particularibus hauriunt

Ad *amputationem Membri emortui*
parte ſanâ, proxime ad ægram faciend
ubi accedit Chirurgus, Cardiaco quo
roboretur æger, mox à Viro robuſto cut
caro ſana, quantum poſſibile, ſurſum at
hetur. Tum ad latitudinem duorum dig
rum ſupra locum in quo ablatio inſtituer
vinculo forti pars arcte conſtringatur, ad
loris imminutionem, & hæmorhagiam
cendam. Hoc facto, cultro falcato cutis c
carne celeri manu in orbem diſſecetur,
perioſtium raſione ſeparetur, quod ſi du
os, caro quoque interjecta reſecetur. His
actis Serrâ os dividatur, mox ſtupæ med
mentis fluxum ſanguinis ſiſtentibus ple
& ovorum albumine madefactæ, applic
tur, &, poſt impoſitum emplaſtrum defe
vum, veſica bubula ſuperinducatur; ea
continuantur & iterantur, uſque dum c
trix inducenda.

Excreſcentias membranâ peculiari ol
ctas auferendi modus hic eſt. Primò cutis
vata & diſſecta omni loco à tumore ſep
tur, uſque ad fundum, ubi ſæpius vas ſeſe
hibet filo arcte conſtringendum, hinc a
rendus tumor, vaſe dicto abſciſſo.

Cicatrices delendi modus id unum quo
flagitat, quod ab erodentibus abſtineamu
niter

niterque emollientibus præcipuum tribuamus, additis parum adstringentibus.

Plura non addimus, cum quæ circa debitum usum Instrumentorum, ad *Trepanisationem*, *Paracenthesin*, *Calculi*, *Pediculorum*, *Verminmque ablationem*, *Pravè figuratorum Correctionem*, *Angustatorum reserationem*, *Unitorum solutionem*, *Solutorum unionem*, *è Loco naturali motorum in eum restitutionem*, *aliasque huc spectantes operationes* requisitorum, observari debeant, præter ea quæ jam tradita sunt, particularia omnino sint, adeoque in praxi Medica convenientius declarentur.

PARS IV.

De Remediis Morborum in specie.

VIdimus sic & Remediorum Instrumenta, eorumque Usum debitum, necessarium nunc quid Remedii Morbis, eorumque Causis, speciatim magis competat, in genere hîc exponere, quo Indicati cum Indicante cohærentia melius pateat. Breves hîc erimus, cùm haud adeò difficile ex dictis hæc colligere judiciose utraque conferenti, & melius pleniusque ea in praxi declarentur.

Morbum quod spectat. SUBSTANTIA peccans pars, consideratione conveniente habitâ Causarum efficientium, omnimodam

quoque sui *Ablationem* exigit. Hæc va
etiam remedia agnoscit secundaria, *Exe*
nem maxime, *Abscissionem*, *Dissipation*
Quæ aliàs hîc specialius circa Curation
Gangrænæ annotanda, ex iis quæ de G
grænâ Cutis partiumque ipsi subjectarum
Praxi adferentur hauriri poterunt.

MAGNITUDINE peccans pars sol
sui *Imminutionem*, si excedens ea fuerit,
ctionem, si deficiens, exigit, atque indicat.

Utrumque ut obtineamus, Causæ effici
tes considerandæ sunt. *Aucta* itaque Qu
titas si à Copia sanguinis aut alterius hum
sit, is *Imminuatur*. Ita & si à parte aliâ L
peccante, ea *restituatur*. Si à Calore & T
nuitate humoris nimio, *Alteretur*. Si à M
Cordis vehementiore, *Sistendus* is, maxi
Narcoticis. Si denique Viarum ab apertio
indebitâ, adeoque partis ipsius porosit
aut etiam ejusdem occlusione inconveni
te, utrique vitio per contraria succurr
dum, illi nempè per *Constringentia*, huic v
per *Aperientia*.

Pars ipsa laborans Vel simplicem Ca
efficientis *in locum* naturalem *Reductio*
exigit, quod in herniâ, luxatione, & frać
râ, obtinet; Vel Humoris, quocunque m
dispositi, magnitudinem eam causantis,
solutionem, aut etiam, si necesse, *Suppura*
nem, hinc, pure educto, cavitatis, ut in or
ulcere contingit, repletionem; Vel etiam
Ablationem per *Ligaturam*, *Ustionem*, *Secti*

Et hîc quæ de Curatione Inflammationis, Oedematis, Abſceſſûs, aliorumque ſuprà adductorum Tumorum, in ſpecie magis tradi debeant, ne Compendii limites excedat hic noſter Tractatus, ad Praxin ablegare placet, maximè ubi Cutis partiumque ipſi connexarum Morbi exhibentur; particularia enim magis in partibus aliis indicabimus.

Imminuta contra Magnitudo, ſi ab Inopia Sanguinis, is mediis juſtis *Augeatur*. Si ab ejuſdem Qualitate inconvenienti, *Alteretur*. Si à Motu Cordis languidiore, *Roborantibus* excitetur. Si denique à Partis nimia denſitate, *Calefacientibus*, *Rarefacientibus*, *Emollientibus*, corrigatur.

NUMERUS Partis *Auctus ſuperflui Ablationem* exigit, per *Corroſionem*, *Putrefactionem*, *Auſtionem*, *Abſciſſionem*. Quos modos omnes ex inſtrumentorum examine quantum ſatis eſt cognoſcere licet.

Imminutus medicinam nullam admittit, quam quæ artificioſâ quadam fabricâ damnum reſarcit.

QUALITATUM vitia, in Partibus ſolidis, *Alterationem* poſtulant. Hæc pro diverſitate vitii varia eſt, & non ſolum Partem ipſam vitiatam reſpicit, verum & Humores atque Spiritus, eò quod ab his diſpoſitio illius foveatur. Media itaque hîc Interna externis ſemper conjungenda. Accedit Humorum & Spirituum è parte *Evacuatio*. Sic

Intemperies Calida *Refrigerationem*, Fr
gida *Calefactionem*, Siccitas *Humectationem*
Humiditas *Exsiccationem*, exigit.

Densitas, Durities, Crassities, extern
Emollitionem requirunt, Raritas, Tenuit
Mollities, *Constrictionem*; Lentor *Exsicca*
tionem indicat, Ariditas *Humectationem*
Lævitati *Adstrictio*, Asperitati *Laxatio*
Detersio convenit.

Color, Odor &c. alienus, *humoris* ill
qui vitia talia præcipue causat, *Dissipation*
flagitat, aut *Alterationem*.

Interne autem, præter Humorum atq
Spirituum Correctionem, & eorundem
vacuatio necessaria est, quæ etiam exter
non raro perficitur, viâ exitui convenien
vel sponte, vel arte factâ.

Qualitatum Occultarum vitia sicuti pe
dent à Causis peculiari ratione Corpori
stro adversis, ita quoque exigunt per Me
specifica Correctionem, atque sic, præ
Causæ Ablationem, Interiorum Roborat
nem, & *Alterationem*.

FIGURA *Externa* parum depravata
sponte ferè curatur, præsertim in pueris,
multum depravata arteficiosam restitut
nem exigit, qua vel *extenditur* vel *inclinat*
aut alio *modo* ad figuram justam reducitur

Interna autem *Figura* vitiata nullam om
no curationem admittit, cum ad Interi
pervenire non detur, nisi ea sit ratione nim
apertionis aut occlusionis, quæ sæpe aliqu

Cavi

Cavitates nimis apertæ difficillime angustantur, ut si vesica nimis distenta. Exigitur hîc *Constrictio* atque *Incrassatio.*

Vasorum nimis apertorum eadem conditio, Anastomosis enim & Diairesis ut Solutiones continui, Diapedesis vero ut vitium Raritatis, tractantur.

Quod si Materia quædam præsens fuerit, *Evacuatio* requiritur, sive per Pharmaciam ea fiat, sive per Chirurgiam ipsam.

Apertio nimia in genere ut *Occlusionem* indicat, ita Occlusio *Apertionem.* In specie *Obstructio Emollitionem*, *Attenuationem, Evacuationem*, quacunque ratione institutam, sive manu fiat, sive pharmacis.

Constrictionis & *Occlusionis* eadem ratio.

Coalitionis si aliqua cura, quæ rarissima & difficillima, *Separationem* ea exigit, quæ haud ita ustione aut dissectione peragi debet, licet & suo tempore instituantur, quam divulsione. Hinc Vulneris curatio instituenda.

Compressio humoris vel partis incumbentis *Evacuationem* exigit, aut *Correctionem.*

Constipatio tuberculi constipantis *Ablationem* indicat, quâ de re in vitio Numeri. Hinc ut vulnus tractandum.

Subsidentia Roborationem per Calefactionem, & modicam Adstrictionem exigit.

Situs mutatus si curam aliquam admittit, *Restitutionem* justam exigit, hæc quibus absolvatur Remediis Secundariis pagina 115 docuimus,

Medicamenta hîc uſurpari ſolita emollie[n]tia ferè ſunt, adſtringentia, roborantia, inflam[m]ationem ſimiliaq; incommoda avertenti[a].

CONNEXIO quoque vitiata, quæ rem[e]dia exigat, pag. eâdem oſtendimus.

In UNITATIS SOLUTIONE eme[n]danda id prius *tollendum*, ſi adfuerit, qu[od] *alienum*, ſive ab extra acceſſerit, ut Glob[us], Feſtuca, &c. ſive ab intra, ut Sanguis, Sord[es], Pus, Calloſitas labiorum, adeoque locus *mu[n]dificandus*, &c. Hinc Unio inſtituenda p[er] *Ligaturam, Conglutinationem, partiſque [a]blata Regenerationem*, & tandem *Cicatri[cis]* ratio habeatur, ut vel *inducatur* vel *deform[is]* deleatur. In Fractura ut unio convenie[ns] fiat, Extenſio, Repoſitio, Ligatura, & Sit[us] ſimiliter ut in Luxatione, requiruntur, q[ua] de re plenius in praxi.

PARS V.

De Remediis Cauſarum morbi[ficarum]

CAPUT I.

De Remediis Cauſarum Latentiu[m] Humorum ſcil. & Spirituum.

CAuſas Morbificas *quod* ſpectat, Late[n]tes ſe primo offerunt *Humores* itaq[ue] SUBSTANTIA peccantes ſui è co[r]pore *Ablationem* exigunt. Varia hæc agn[o]ſcit Remedia Secundaria pro varietate h[u]mo[rum]

moris vitiati & vitii in ipſo. Univerſalia hæc ſupra (ubi de ablatione) diximus, & Particularia. Utriuſque conditionis quæ præcipuè occurrant ibidem oſtendimus. Omnia primariò ſanguinem reſpiciunt cum chylo, reliquorum fundamenta, conſecutivè reliquos his connexos ſuamque conſiſtentiam debentes, adeoque in horum ſpecialiori examine practico melius patefient.

QUANTITATE peccantis humoris remedium primum ejuſdem *Auctio* ſi defecerit, *Imminutio* ſi abundaverit.

Auctio diverſitatem Cauſarum defectum rum producentium reſpicit. Quod ſi enim ex conſumptione nimiâ per Motum, Venerem, Venæſectionem, ſimileſque modos, ut etiam ex defectu generationis, materiæ inopia, originem traxerit, commodis augendus, quæ qualia debeant eſſe, cujuscunque Cauſæ conſideratio ſuggerit, & ſpecialia magis patefacient. Quod ſi verò ex malâ diſpoſitione partium Chylificationi, ſanguificationi, Excrementorumque ſegregationi inſervientium dependeat, ſuis mediis in ſequentibus declarandis emendanda.

Imminutio humoris abundantis modos varios indicat, quibus inſenſibiliter vel ſenſibiliter magis è corpore educitur. Tales ſunt plerique quibus Humores ſubſtantia peccantes, mobiles adhuc, educi poſſunt, ex particularibus ſimilitèr hauriendi.

QUALITATUM excessui I. *Alter*... convenit, II. pravi è corpore *Exclusio*, m... in prægressis declaratis, consideratis consi... randis instituta.

LOCO peccantes humores sui è corp... *Ablationem* exigunt, quæ pro diversitate ... moris & loci ubi hæret, variè instituitur, m... dò universalibus, modò particularibus, h... tâ semper Causarum, unde vitium hoc ... ginem sumpsit consideratione quæ ead... sunt quæ vitii humorum in Motu.

Spirituum Vitia ut eadem sunt quæ H... morum, utpote quorum, maxime Alim... tariorum, conditionem ferè sequuntur, it... iisdem Remediis, quibus quæ sunt Hu... rum, curantur, ut adeò necesse non sit ead... hîc repetere, cum suo loco in specie m... de iis agendum veniat.

CAPUT II.

De Remediis Causarum evidentiu...

CAusæ morborum *Evidentes* quâ rati... per convenientem Alterationem, ... gmentationem, Imminutionem, Abla... nem, corrigi debeant, ex natura rei pe... patet, patebit magis ex sequentibus; verb... unum aut alterum addemus.

AER *Substantiâ* peccans, similiter... *Qualitate*, alteretur, aut consumatur; m... tum hic valet Loci mutatio.

Qu...

Quantitas imminuta, quæ maximæ considerationis eſt, ſui Augmentum exigit, ſi non loci, ſaltem cubiculi aut ædium mutatione.

Locus inconveniens nullo præter mutationem emendatur remedio.

Mutationes ſubitaneæ à calore in frigus, & contra, omni modo contraria vivendi ratione emendantur.

Temporis vitium cum idem ſit quod Motus, in hoc negotio ad eundem modum corrigendum.

CIBUS & POTUS *Subſtantia*, *Qualitateve* peccantes ſui è Corpore *Ablationem* indicant, ſive Vomitu id fiat, ſive Purgatione per alvum, ſive per Chirurgiam.

Quod ſi tamen *Venenoſitas* quædam adjuncta fuerit, *Alexipharmaca* non negligenda.

Quantitatis eadem ratio eſt. *Imminui* eadem debet, ut in Humore abundante. Inedia hic plurimum valet. *Augeri* adſumptione convenienti.

Locus adſumendi, *Tempus* & *Modus*, ut corrigenda ſint, non opus eſt ut moneamus, cuivis per ſe conſtat.

MOTUS & QUIES, SOMNUS & VIGILIÆ, ANIMIQUE PATHEMATA ſimiliter ac VESTIMENTA ipſa, vix aliquid conſiderabile hîc habent, præterquam quod ab eo quod corpori noxam intuliſſe obſervatur, impoſterum nobis ſi poſſibile, caveamus, moneant. Quibus aliis mediis Vigiliæ & Somnus modum excedentes corrigi debeant praxis docebit. Ex-

EXCREMENTA indebitè effluen
quæ exigant media, quæ itidem suppre
in cujusvis, homerdæ, mensium, urinæ,
examine practico exhibebitur.

MEDICAMENTORUM eadem, c
Cibi atque Potus ratio est, eademque om
no vitia eorum emendandi Methodus.

INFORTUNIUM varium ut est, it
variè corrigitur. *Morsus* Animalis vener
Spuma, si adfuerit, *Abstersionem*, *Al*
pharmacorumque usurpationem exigit.

Casus ex alto emendari nequit, nisi q
corpori incumbat; quod removendum.

Ictus, corporis eum inferentis, si adfue
ut spina, globulus, spiculum, pulvis, aut si
le quid, in vulnere hærens, *Ablationem* e
git, sive Medicamentis id fiat abstergentib
attrahentibus, sive instrumentis Chirurgi

Venenum adsumptum præterquam q
Evacuationem exigat per vomitum imprir
sudorem, & salivationem, *Alexipharma*
appropriata flagitat, de quibus inter alios *J*

SEMINIUM ut corrigatur, præter
motionem eorum quæ illud servant, & *Ae*
summa habenda ratio.

SEXUS & ÆTAS licet ad morbor
productionem modo dicto plurimum con
rant, immutari tamen à nobis nequeunt, r
quatenus Temperiem accidentiaque cor
ris corrigimus mediis supra circa curation
vitiorum à partibus humoribus atque spi
tibus adductis.

H

HABITUS itidem CORPORIS parti-
m ejus omnium habendam rationem exi-
it, adeoque id à quo habitus talis exurgit
ebitis mediis corrigendum, ut *Plethoricus*
nguinis imminutione, ejuſdemque prohi-
tâ generatione, *Pituitoſus* pituitæ evacua-
one, corporiſque exſiccatione, *Denſus* emol-
tione externâ æque ac internâ, *Mollis* ad-
rictione & exſiccatione, *Frigidus* calefacti-
ne, *Calidus* frigefactione &c.

In VITA & CONSUETUDINE ſola
utatio contraria locum habet, quæ in illâ
ubitanea poteſt eſſe, in hâc verò paulatina.

PARS VI.

De Remediis Symptomatum.

SYMPTOMATA quâ ratione nullo habito reſpectu ad Morbum aut Cauſas ipſas unde dependent, tractari debeant, eneraliter doceri nequit, ſpecialia id ſatis tendent.

Atque ita Inſtitutionum Medicarum præ-
pta exhibuimus.

CORRIGENDA.

g.24. *lin.*12. totius. *p.* 58. *l.*2. compoſita. *p.* 63. *l.*29. ignita. *p.*76. *l.*20. ulcera. *ibid. l.*31. efficit. *p.*87. *l.*24. producere. *p.*122. *l.*29. ultima.

FINIS.

VIRO EXPERIENTISSIMI

D. GERARDO LEON. BLAS

Medicinæ Doctori & Professori Amstelodamensi Ordinario,

COMPENDIUM MEDICU

emancipanti,

EPIGRAMMA.

Vita fuit quondam brevis, Ars sat lo sed olim
Qualia curantes sæcla dedere manus.
Nostra, stupe, mecum relegens COMPENDIA, *Lector,*
Et dic; Ars brevis est longaque, brevis.

In studio Medico, Præcepto unico, optiméque merenti bebat ad Amstelam

JOAN. *Wilh.* DILLENBURG

